

THE SARUM RITE  
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome C.  
Fasciculus 10.  
Pagine {1266}-{1455}.

Proprium de sanctis.  
Festi Septembris.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.  
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.  
MMXV.

*The Sarum Rite* is published by The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien de Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

*The Sarum Rite* is distributed over the internet through .pdf files located at:  
[www.sarum-chant.ca](http://www.sarum-chant.ca)

This document first published January 1 2015.

Revised July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L’Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

[www.gregorian.ca](http://www.gregorian.ca)

© The Gregorian Institute of Canada, 2015.

## I Sancti Egidii abbatis.

(j. Septembris.)

*Novem lectiones fiant cum hac oratione.*

**D**EUS qui hodiérna die béatum Egídiū confessórem tuum atque abbátem, aulam regni celéstis penetráre fecísti : tríbue quésumus, ut

[128v.]

cujus devóte gloriámur méritis, ejus nos sentiámus confóveri suffrágiis. Per Dóminum.

**C** Memoria fiat de sancto Prisco martyre cum hac oratione.

*Oratio.*

**P**Mnípotens sempitérne Deus fortitúdo certántium et mártirum palma, solennítátem hodiérne diéi propícius intúere, et ecclésiam

tuam fac contínua<sup>1</sup> celebritáte letári : ut intercessióne beáti Prisci mártiris tui,<sup>2</sup> ómnium in te credéntium vota perficias. Per Dóminum.

*Lectio prima.*

**S**Anctus<sup>3</sup> ígitur Egídius, natióne Grecus : a preklärí paréntibus originem duxit. Extitit enim Athénis oriúndus, patre videlicet Theodóro nómine, matre vero Pelágia : qui utríque régia stirpe progéniti, atque licet inter totius urbis primóres preklärí : Christianíssimam tamen duxérunt vitam. Predíctus

vero Egídius sevo tener, ad rudiménta liberália dispósitus : doctóres summos spíritus sciéntie grátia perlustrátus, in brevi equiparávit. Dócili quoque púero grátia Dei non défuit : ejus vitam omni morum honestáte perórñans. Jamque foris scintillábat indíciis : intus succénsa lampas charitátis.

*Lectio ij.*

**S**Uadam die dum ad ecclésiam pergébat, áccidit ut quidam seger in urbis médie platéa jáceret : a transeúntibus alimóniam petens. Cujus vócibus miserándis sanctus puer compúnctus, quamvis adhuc pedagógi senténtiam sibi formidábilem esti-

máret : tamen éxtrahens qua induébatur túnicam áliud quod oportúnius daret non habens, egro tríbuit. Qua indútus eger ílico totius córporis sanitátem se recepísse gavísus est. Nec multum vero post, paréntibus suis in pace defúnctis, quorum

óbitum ipse parum ante Spíritu revelánte prescíverat : patrimónii sui quod ei satis magnum remánserat Christum fecit Herédem. Intérea dum quidam nuper a serpénte percússus, tuménti cuto faterétur sese

mortíferum recepísse virus : vir sanctus oratióne fusa pro illo, prístine eum sanitáti restítuit atque jussit, ut inde grates Deo cujus erat cleméntia sanátus rédderet. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>4</sup>

*Lectio iij.*

**D**ie vero domínica dum sacra celebraréntur mystéria : forte quidam miser arréptus a demónio cepit terribílibus clamáre vócibus, donec fere tota turbarétur ecclésia. Sed Egídius qui ibi áderat more sólito prius humi prostrátus bréviter orávit, statímq[ue] surgens Dómini pietáte fretus arrépto huc illúcque labénti sese confidénter objécit : et ut ab eo exíret malígnō spirítui palam imperávit. Qui sancti impérium transgrédi néquiens : hóminem quem inváserat horribíliter clamans ac mūgiens incólumem relíquit. Verum ubi sancti viri virtus pre magnítudine sua látere non pótuit : confluébant ad eum plúrimi córporis animéque remédia postulántes. Cunque mira gesta laudum precónia sequeréntur ejúsque nomen per omnes Grécie

partes magis ac magis innotésceret : timens ne sibi vento favórís quantulumcúnque minoraréntur mérita nativitátis sue pátriam sua preséntia viduatúrus, ut libérius Deo vacáret, solitáriam vitam expétens : transeúndum mare dispósuit. Dum vero clam suis ómnibus relíctis ad litus maris solus deveníret, et ut sibi ad propósitum suum adimpléndum auxiliári dignarétur, summo Regi preces fúnderet : vidit a longe quandam navim inter pelágí procéllas tempestuósis fretórum púlsibus jactári, nautásque jam desperátos : ac totius gubernatiónis oblítos pene naufragári. Pro quibus mox ut oratiónis suffrágium Deo obtulísset : sedáta tempestáte pervenérunt ad portum. Tu autem Dómine.

**C** Medie lectiones fiant de sancto Prisco martyre, et legantur de communi unius martyris, [cum versiculi Glória et honore. [687]. et cum hiis tribus responsoriis, Iste sanctus. R. Iste cognóvit. R. Desidérium. in communi [691]. Quando hoc festum in sexta feria vel in sabbato contigerit, tunc dicatur]<sup>5</sup> cum versu Posuísti Dómine. [694].

*et cum bis responsoriis Desidérium. iiij. R. Dómine prevenísti. v. R. Glória et honóre.  
vj. in communi [695]. Et dicuntur quacunque feria hoc festum contigerit.*

[*Tamen ubi in secunda feria precedente non dicebatur de sancto Rupho propter aliquam commemorationem dicatur tunc hic in sabbato versiculi Glória et honóre. [687]. cum responsoriis predictis scilicet Iste sanctus. [691]. et ceteris ut supra.]*<sup>6</sup>

*Tres ultime lectiones de proprietate sancti Egidii, sine expositione evangelii legantur.*

*Lectio vij.*

**B**éatus ígitur Egídius hýlaris et gaudens, exul egrégius navim concéndens, pervénit ad quendam locum haud longe a Ródani flúvii decúrsu in mare, cui Septimánia vocábulum est, frutétis et arbóribus óbsitum, solísque ferárum lustris frequentátum. Ibíque quoddam repé- riens antrum, juxta cujus intróitum fontículus pura unda scatébat, ita tetus grátias Deo reddidit, ac si régios apparátus reperísset. Triénnio ígitur íbidem pro sálute totius pópuli orándo manens, solis herbis et aqua

vixit : excépto quod ei Dóminus quandum preparáverat cervam satis habúnde cortis horis reficiéndi lactis alimóniam sibi prebéntem. Intérea Flávius rex Gothórum duo cenóbia constrúxit, in quibus Dei servis congregátis qui regulári monachórum professióne Dómino famularéntur : béatum Egídium diu multúmque renuéntem, sed ad últimum crebris petitionibus regis, et lachrymósis étiam supplicatióibus victum pre- fécit. Tu autem.

*Lectio octava.*

**P**Ec multo post predícti regis monachorúmque suórum cre- bérímo supplicíque precátu, toti- úsque regni primórum necnon plurimórum devotissímorum assénsu : sacerdótii dyademáte cum honóre digníssimo infulátur. Cujus religiónis precónium cum ad Károli Fráncie regis aures usque pervenísset : misit ei legátos, mandans et efflágítans ut se

visitáre non dedignaréntur. Quibus recéptis : vir Dómini cómmodum duxit eum sicut mandans et efflágítans precabátur vísere. Profi- císcitur ígitur ad regem : a quo honorífice suscéptus est. Cunque frequénter ínvicem de mundi despéctu atque virtútum appetitu sermocinaréntur : inter illa salútis collóquia, rogávit eum rex supplíciter

ut pro se dignaréatur oráre. Fécerat namque quoddam turpe fácinus quod némini unquam, nec ipso sancto fúerat ausus confitéri. Próxima namque domínica dum vir sanctus missam de more celebráret, et pro jam dicto rege Dóminum in canóne

deprecaréatur : appáruit ángelus Dómini super altáre cédulam ponens, in qua scriptum erat per órdinem, et ipsum regis peccátum, et Egídi prémibus ei esse dimíssum, si pénitens tantum ab illo desísteret. Tu autem Dómine miserére.

*Lectio nona.*

**A**Djúnctum quoque cédule erat in fine, quod quisque sanctum Egídium pro quólibet commíssso invocáret, si tantum ab illíus perpetratióne cessáret : dimíssum esse sibi a Dómino proculdúbio créderet. Evolútis ergo aliquot diérum currículis, vix impetráta a rege licéntia ad monastérium suum cum máximo honóre donariisque rédiens plúrimis, apud Nemansénsem<sup>7</sup> urbem hospitátus : filium príncipis qui tunc obíerat suscitávit. Confirmátis ígitur per aliquánti témporis spácium in Dómini milítia frátribus, monasteriique rebus dispósitis, volénsque Deus eméritum jam mílitem pro labóre certáminum coróna redimíre premiórum : innótuit ei per Spíritum éxitus sui diem imminére. Quod ille quíbusdam spiritálibus frátribus indicávit : eos ut pro se orárent

supplíciter déprecans, O mire humilitatis castigatéque<sup>8</sup> mediocritatis virum, quem terréna non depresérunt ut non in celis mente conversaréatur : nec celéstia erexérunt ut non ab ínfimis opitulatióne péteret. Média ergo dómínia nocte kaléndis Septémbribus migrávit ad Dóminum : cóporis abséntia máximam rélinquens mundo mestítiam, sed felici illíus in celum recéptu letíciam. Affuérunt enim illíus transitui fidéles qui dícerent se choros audívisse angelórum : sanctam in celum illíus ániam cum láudibus feréntium. Succúrrant ergo et auxiliéntur nobis pétimus tua sancta mérita pater Egídi apud Dóminum Deum nostrum : qui cum Fílio et Spíritu Sancto vivit et regnat unus Deus, per ómnia sécula seculórum amen. Tu autem.

**C**Tamen si hoc festum in dominica contigerit totum fiat servitium de dominica et nichil de sancto Prisco preter memoriam. Festum vero sancti Egidi differatur in

Sancti Egidii abbatis.

---

*crastinum.*

*Et quando hoc festum a dominica differtur in secundam feriam tunc legantur sex prime lectiones de proprietate sancti Egidii et tres ultime de expositione Evangelii Nemo accéndit lucernam. [841].*

*Cetera omnia de communi unius confessoris et abbatis dicuntur. [841].*

## ¶ *Translatio sancti Cuthberti episcopi et confessoris.*

(iv. Septemb.)

*Novem lectiones fiant de alio festo nisi facta fuerit<sup>9</sup> in xl. tunc enim fiant hic tres  
lectiones de communi et invitatorum duplex, cetera omnia de communi unius confessoris [129v.]  
et pontificis, cum hac oratione.*

¶ Resta [nobis]<sup>10</sup> quésumus omní-  
potens et misericors Deus : ut  
qui beáti Cuthbérti confessóris tui  
atque pontíficis translatiónis diem

venerámur, per ipsíus suffrágia pietátis  
tue semper beneficia consequámur.  
Per Dóminum nostrum Jesum  
Christum Fílium tuum.

¶ *Si hoc festum non celebratum fuerit in quadragesima et evenerit in dominica  
differatur in crastinum et tunc<sup>11</sup> ad primas vesperas de sancto Cuthberto fiat memoria de  
sancto Bertino abbe cum antiphona Similábo. quere in communi [847]. ¶. Justum  
dedúxit [Dóminus].<sup>12</sup> [808]. et oratio. Omnipotens sempiterne Deus. {1272}.*

## ¶ *Sancti Bertini abbatis.*

(v. Septemb.)

*Tres lectiones fiant cum nocturno, et hac oratione.*

**B**Mnípotens sempitérne Deus qui mirabíliter fulges in eléctis tuis, quos te habitatóre glorificáre voluísti : da nobis quésumus beáti Bertíni confessóris tui atque abbátis

ita digne solénnia venerári, ut ejus suffragántibus méritis, templum tuum mereámur fieri. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

### *Lectio prima.*

**E**Grégius vir Dei abbas Bertínus post beáti Audomári<sup>13</sup> óbitum, multis in Dei servítio víxerat annis, turbámque monachórum a Dómino sibi créditam, sub distrícto sacre régule jugo mente sollícita custodiébat sciens quod scriptum est, Cui plus committitur, plus ab eo exígitur. Largus ígitur bonórum óperum<sup>14</sup> retríbutor, almíficis eum signis ac virtútibus glorificávit : de quibus favénte Dómino pauca subsequénte narrábimus sermóne. Erat quidam vir nóbilis nómine Valbértus<sup>15</sup> : cui pater confessiónum et predicátor verbi Dei, atque compáter beátus erat Bertínus. Qui cum quadam die de basílica beáti

Audomári ad suam festináret domum : súbito in médio vie spácio, de suo in quo velóciter equitábat equo dejéctus, super petrósam incáutus córruit terram, multísque in ejus córpore membris collísis, femoréque ejus pénitus confrácto mortem sibi súbitam adéssse putábat. Quid multa ? Ad virum Dei festinánter misit Bertínum : ut ex suo sacro ore benédictum sacrísque mánibus signátum, transmíttere sibi dignarétur poculum. Cui vir Dei benedícti vini módicam transmísit portiúnculam. Qua hausta : in eádem hora divína medénte manu sanus efféctus est. Tu autem [Dómine miserére nostri].<sup>16</sup>

### *Lectio secunda.*

**B**Udam de longínqua terra qui audiéndi et ambulándi usum amiserat, duóbus inniténdo fústibus

atque comitántium suffrágio fultus, loca sancta oratiónis causa circúibat, ut juxta venerábilis servórum Dei

sepúlchra divinam postulando misericordiam : amissam corporis sui sanitatem per gloriosa eorum recuperaret merita. Post intervallum igitur temporis multis peragratis locis : ad confessoris Christi Bertini venerabile sepulchrum pervenit. Cumque fratres ibidem commorantes in nocte Dominice resurrectonis in eadem ecclesia in qua sanctum corpus pausabat nocturnas cantarent vigilias : ille infirmus a suis sociis in ecclesiam

ad orationem deductus fuit. Et cum longo spacio cum lachrymis orando, suam sanitatem per merita beati Bertini a Domino postulasset, quando lectio Evangelii more solito recitata fuit, multa circa se vidit lucere luminaria, et sic paulatim ab eo infirmitate recedente auditu recepto pedumque recuperato officio : subito in predictorum fratum presentia, divina sanus effectus est largiente clemencia. Tu autem Domine.

*Lectio tertia.*

**B**uidam homo, sicut postea probavit eventus, maligno spiritu replenus, cum aliquibus religionis esse simularet, per tres continuos dies quasi orandi gratia ecclesiam beati Bertini ingressus est : ac multotiens se humili prosternebat, quasi compuncto corde funderet preces. Expertus tandem totum quod voluit : notavit horam qua fratres post sextam gratia refectionis ad panem percipientem peterent refectorium. Interea cultro arrepto et pravo ingenio adhibito, ad valvas ecclesie accessit, et [130r.] aditum sibi patefecit. Ingressusque furatus est vasa argentea : que sub coronis ac lampadibus coram retrisque pendebant altari. Egressusque apud quandam sibi cognitum<sup>17</sup> reposuit : quod furtim sacris abstulerat. Interea

custodes ecclesie una cum fratribus refectorium exeuntes, dum perciperent<sup>18</sup> sacrorum damna vasorum : in tantum sunt mente consternati : ut quid dicerent, quid agerent, quo se viderent, non reperirent. Sed misericors Dominus meritis sancti sui Bertini : non diu passus est servientium sibi animos tristari. Fur enim infelix hinc cuneis inimicorum inde aquis ac paludibus circumclusum se videns, et nullum patere effugium : insania mentis agitatus concitos quasi per precipitia parietum atque tectorum cepit dare saltus. Qua ex re deprehensus et interrogatus statim exposuit totius rei veritatem. Quid plura ? Capitur, in nervo mittitur : sed interventu jam dicte congregacionis liberatur. Tu

autem Dómine miserére [nostrí].<sup>19</sup>

|

¶ *Cetera omnia de communi unius confessoris et abbatis. [839].*

¶ *Quando festum sancti Cuthberti<sup>20</sup> a dominica differtur in secundam feriam propter inchoationem hystorie tunc fiant medie lectiones de sancto Bertino [Lectio iiiij. Egrégius vir Dei.]<sup>21</sup> {1272}. cum versu et responsorio de secundo nocturno communis hystorie unius confessoris et abbatis [848]. et post psalmum Benedíctus. fiat de eo memoria cum antiphona Iste est qui. [833]. que est antiphona ad secundas vespertas [in communi]<sup>22</sup> unius confessoris et pontificis cum versu Justus ut palma [florébit].<sup>23</sup> [814]. et oratio ut supra. {1271}.*

In nativitate beate Marie virginis.

---



1520-S:105r.

## ¶ *In nativitate beate virginis.*<sup>24</sup>

(vijj. Septemb.)


*Festum majus duplex.*<sup>25</sup>

*Ad primas vespertas.*

AS:518; 1520-S:105r; 1531:130r.<sup>26</sup>

1. Ant.


I.iv.



E- i \* gé- ni-trix vir-go semper Ma- rí- a

2142.

In nativitate beate Marie virginis.



intercé-de pro no- bis depre-cámur. *Ps. Laudáte púeri. (cxij.)* [313].

AS:518; 1520-S:105r; 1531:130r.<sup>27</sup>

2. Ant.  
1572. II.i.



E-á- ta \* pro-gé-ni- es unde Christe na-tus est :




quam glo- ri- ó- sa est vir-go que ce-li Re-gem gé-nu- it.

AS:518; 1520-S:105r; 1531:130r.

3. Ant.  
4705. VIII.i.



Ancta \* Ma-rí- a virgo intercé-de pro to-to mun-



do : qui- age-nu- ís-ti re-gem or- bis. *Ps. Lauda ánima mea. (cxlv.)* [354].


AS:518; 1520-S:105r; 1531-S:130r.<sup>28</sup>

4. Ant.  
5040. IV.iii.




Ub tu- am \* pro-tecti- ónem confú-gimus u-bi infír-

In nativitate beate Marie virginis.



mi acce-pé-runt virtú-tem : et propter hoc ti-bi psál-limus



De-i gé-ni-trix vir-go. *Ps.* Laudáte Dóminum quóniam bonus.  
(*cxlviij.*) [355].

AS:519; 1520-S:105r; 1531-S:130r.

5. Ant.  
VIII.i.


1563.




E-á-ta De-i \* gé-ni-trix Ma-rí- a virgo perpé-tu-a :




templum Dómi-ni, sacrá- ri- um Spi- ri-tus-sáncti so-la



si-ne ex-émplo pla-cu- ís-ti Dómi-no Je-su Christo : o-



ra pro pópu-lo, intérve-ni pro cle-ro, intercé-de pro de-



vó-to femí- ne-o se-xu. *Ps.* Lauda Hierúsalem. (*cxlviij.*) [356].

*Capitulum. [Ecclesiastici xxiiij. 23.]*

**G**o quasi vitis fructificávi | fructus honórís et honestátis.  
suavitátem odóris : et flores mei |

In nativitate beate Marie virginis.

---


R. Stirps Jesse.<sup>29</sup> {1286}.

HS:148v; 1519-S:61r; 1520-S:106r; 1531-S:40v.<sup>30</sup>

Hymn. I.

8272. 

- ve ma-ris stel-la, \* De-i ma-ter alma : Atque  
semper virgo, Fe-lix ce-li por-ta. 2. Sumens il-lud Ave,  
Ga-br- é-lis o-re : Funda nos in pa-ce, Mu-tans nomen E-ve.  
3. Solve vincla re-is, Pro-fer lumen ce-cis : Ma-la nostra  
pel-le, Bo-na cuncta pos-ce. 4. Monstra te esse matrem,  
Sumat per te pre-cem : Qui pro no-bis na-tus, Tu-lit esse  
tu- us. 5. Virgo singu-lá-ris, Inter omnes mi- tis :




In nativitate beate Marie virginis.




Nos culpis so-lú-tos, Mi-tes fac et cas-tos. 6. Vi-tam presta



pu-ram, I-ter pa-ra tu-tum : Ut vi-déntes Je-sum, Semper



colle-té-mur. 7. Sit laus De-o Pa-tri, Summo Christo



de-cus : Spi-rí-tu- i Sancto, Tri-nus honor u- nus. A-men.

V. Sancti Dei génitrix [Virgo semper María.

R. Intercéde pro nobis ad Dóminum Deum nostrum.]<sup>31</sup>

AS:519; 1520-S:106r; 1531:130r.<sup>32</sup>

Ant.


I.i.



A-tí- vi-tas tu- a \* De- i gé-ni-trix virgo gáudi- um



annunci- á-vit u-ni-vérso mundo : ex te e-nim ortus est



sol justí- ci- e Christus De-us noster, qui solvens ma-le-dic-

{1279}

3852.

In nativitate beate Marie virginis.

ti- ó-nem de-dit be-ne-dic-ti- ónem, et confúndens mor-tem

do- ná-vit no- bis vi-tam sempi- térnam. *Ps. Magníficat. 53\**.

## *Oratio.*

**S**upplicationem servorum tuorum Deus miserator exaudi : ut qui in nativitate Dei genitricis et virginis congregamur, ejus intercessib⁹ a te de instantibus periculis eruamur. Per eundem.

*Ad completorium.*

AS:305, 520; 1520-S:106r; 1531-P:46r; 1531-S:130r.

Ant.  
II.i.

Ant.  
II.i.

E-á-ta ma-ter \* et innúpta virgo glo-ri-ó-sa  
re-gí-na mundi intercé-de pro no-bis ad Dómi-num.

*Ps. Cum invocárem. (iiij.) [¶62]. [et ceteri psalmi consueti.]*

*Capitulum.* Tu in nobis es Dómine. [364].

Hymnus. Salvátor mundi. [369].

XV. Custódi nos [Dómine].<sup>33</sup> [367].

*Ant.* Glorificámus te Dei génitrix. [400].

Ps. Nunc dimittis. [367].

In nativitate beate Marie virginis.

¶ *Hoc completorium non mutatur per [totas]<sup>34</sup> octavas nisi in festo exaltationis sancte crucis.*

¶ *Ad matutinas.*

AS:520; 1520-S:106v; 1531:130r.<sup>35</sup>

Invit.  
IV.v.

1057.



Orde \* et vo-ce si-mul Chris-tum Re-gem ve-ne-

The musical notation consists of four staves of square neumes on a four-line staff system. The first staff begins with a large decorative initial 'Q'. The lyrics 'ré- mur. †Vírgi-nis et Ma-' are written below the staff. The second staff continues the lyrics 'tris ju-bi-lé- tur nó-bi-'. The third staff ends with 'lis'. The fourth staff begins with 'ortus. Ps. Ve-ní-te. 24\*.'

*Hymnus. Quem terra ponthus. [ut supra in assumptione.]<sup>36</sup> {244}.*

*In primo nocturno.*

AS:520; 1520-S:106v; 1531:130r.<sup>37</sup>

1. Ant.

L.iv.

3108.



Odi- e na-ta est \* be- á- ta Virgo Ma- rí- a

The musical notation consists of four staves of square neumes on a four-line staff system. The first staff begins with a large decorative initial 'Q'. The lyrics 'ex pro-gé-ni- e Da- vid per quam sa-lus mun- di cre-' are written below the staff. The second staff continues the lyrics 'dénti-bus appá-ru- it. Ps. Dóminus Dóminus noster. (vij.) [17].'. The third staff ends with 'it. Ps. Dóminus Dóminus noster. (vij.) [17].'. The fourth staff begins with 'dénti-bus appá-ru- it. Ps. Dóminus Dóminus noster. (vij.) [17].'

In nativitate beate Marie virginis.

AS:520; 1520-S:106v; 1531-S:130r.<sup>38</sup>

2. Ant.  
II.i.

1596.  E-a-tís-sime \* Vírgi-nis Ma-rí-e na-ti-vi-tá-tem  
 de-vo-tíssime ce-le-brémus : ut ipsa pro no-bis intercé-  
 dat ad Dómi-num Je-sum Christum. *Ps. Celi enárrant. (xvij.)*  
 [34].

AS:520; 1520-S:106v; 1531-S:130r.<sup>39</sup>

3. Ant.  
III.i.

4440.  Uando na-ta est \* Vir-go sa-cra-tís-si-ma tunc  
 il-lumi-ná-tus est mundus stirps be-á-ta ra-dix sanc-  
 ta, et be-ne-díc-tus fruc-tus e-jus. *Ps. Dómini est terra.*  
 (xxij.) [93].

*Versus.* Sancta Dei Génitrix [Virgo semper María].<sup>40</sup> [194].



[130v.]

*Lectio prima.<sup>41</sup>*


**A**pprobáte consuetudinis est apud Christiános sanctórum patrum dies natalícos observáre diligénter : et tunc precípue virtútes eórum assignátas lítteris in ecclésia recitáre, ad Dei laudem ex cujus múnere sunt, et ad instruménta minórum. Inter omnes sanctos memória beatíssime Vírginis eo fréquentius ágitur, atque festívius : quo majórem grátiam apud Deum créditur invenísse. Unde post ália quedam ipsíus antiquíora solénnia, non fuit

conténta devótio fidélium : quin nativitatís ejus solénne superádderet hodiérnum. Hac ítaque die peculiáriter in ecclésia recitándus esse viderétur liber ille qui de ortu ejus atque vita scriptus inveniebátur : si non judicássent eum patres inter apócripha numerándum. At quóniam magnis ac sapiéntibus viris ita visum est, nos ália quedam : sed non aliéna legéntes, ecclesiásticum morem débitis officiis exequámur. Tu autem Dómine [miserére nostri].<sup>42</sup>


In nativitate beate Marie virginis.

AS:521; 1520-S:107r; 1531-S:130v.<sup>43</sup>

1. Resp.  
III.  
6854. **O**-di- e \* na-ta est be- á- ta Virgo Ma-



rí- a ex pro-gé-ni- e Da- vid : per quam sa-lus




mun- di cre-dén- ti-bus ap- pá-ru- it. †Cu- jus vi-ta




6854a. glo-ri- ó- sa lu-cem de- dit sé-cu- lo. ⁊ Be- a-tís-



sime Vírgi- nis Ma-rí- e na- ti- vi- tá- tem de- vo-



tíssime ce- lebré- mus. †Cu- jus.



*Lectio secunda.*

**B**Éata ergo Dómini mater et  
perpétua Virgo María priúsqam  
nascerétur oráculis enunciáta est : et  
designáta miráculis. Nata vero pro-  
génie divinitus ordináta, privilégio<sup>44</sup>  
virtútum insignis enítuit : Salvatórem  
edidit. A quo glorificáta in celo :

nunquam terrigenis patrocinári  
desístit. Propositióne sequátur suo  
órdine narráto. Jamque referámus  
unum de pretaxátis oráculis : ac  
deinde paucis expediámus. Dixit  
Etérnus ad véterem : Deus ad  
serpéntem. Inimicítias ponam inter

In nativitate beate Marie virginis.

te et mulierem : et semen tuum et semen illius. Ipsa cónteret caput tuum. Quid est fratres in hoc loco serpéntis caput contérere, nisi principálem dyáboli suggestiónem, id est concupiscéntiam, resisténdo superáre ? Si ergo querátur quenam muller hujúsmodi victóriam operáta

sit : profécto non repéritur in línea generatiónis humáne, donec perveniártur ad illam de qua nunc ágimus sanctárum sanctam. At si interrogátur in quo serpéntis caput vel ipsa contríverit : nimírum in eo quod virginitátem simul et humilitátem sacrificávit Deo. Tu autem.

AS:521; 1520-S:107r; 1531-S:130v.<sup>45</sup>


2. Resp. 

IV.



E-a-tíssime \* Vírgi-nis Ma- rí- e

6184.




na- ti-vi-tá-tem de- vo-tíssi- me ce- lebré- mus.




†Ut ipsa pro no- bis intercé-dat ad Dómi-num Je-

6184b.



sum Chris- tum. ¶ Cum jo-cundi-tá-te na- ti-vi-



tá- tem be- á-te Ma-rí- e ce-le- bré- mus. †Ut ipsa.

*Lectio iij.*

**V**irginitáte namque serváta probátur extinxísse concupiscéntiam carnis : humilitáte que facit páuperem spíritu, concupiscéntiam mentis. Sicque principálí suggestióne dyáboli victa : vitiósum ejus caput virtútis pede contrívit. Non tamen hoc loco, sed eo quam máxime triumphávit, quo de sua mundíssima carne corporáta sapiéntia vicit usquequáque malíciam : attíngens a fine usque ad finem fórtiter, et dispónens ómnia suáviter. Hec est ergo mólier ad

quam divínū illud intendébat oráculum. Hanc quandóque nascitúram innuébat : hanc singuláriter intimábat. Expedítō quam paucis oráculo : unum quoque de miráculis absolvátur. Accépte sunt a sancto Móyse síngule virge de síngulis tríbubus Israélis : nomínibus eárum inscrípte jubénte Deo, et pósite sunt in tabernáculo ejus. Inter quas una que fúerat Aaron, invénta est sequénti [131r.] die germinásse, floruísse et fronduísse : ac peperísse amígdala.

AS:519; 1520-S:105v; 1531-S:131r.<sup>46</sup>


3. Resp. II.

7709.  Tirps \* Jes- se vir- gam pro-

dúx- it vir- gá-que flo-rem. †Et su-per hunc

flo- rem. ‡Requi- és- cit Spí-ri- tus al-

7709a. mus. ¶ Vir- go De- i Gé-ni-trix vir-ga est



In nativitate beate Marie virginis.

Music notation in four-line red neumes. The lyrics are:

flos Fí-li- us e- jus. †Et su-per.  
¶ Gló- ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i  
Sanc- to. ‡Requi- és- cit.

¶ *In ij. nocturno.*

AS:521; 1520-S:107v; 1531-S:131r.<sup>47</sup>

4. Ant. IV.ii. 3110.

Music notation in four-line red neumes. The lyrics are:

Odi- e \* na- ta est Virgo Ma-rí- a ex sémi-ne  
Abra-he, le-tántur archánge-li ex-últant omnes sancti,  
et congáu- det om- nis mundus. Ps. Eructávit. (*xliij.*) [206].

In nativitate beate Marie virginis.

---

AS:522; 1520-S:107v; 1531-S:131r.<sup>48</sup>

5. Ant.  
V.i.  
2220.

**I**gnum namque est \* ut e- i cum summa de-vo-  
ti-  
ónne fa-mu-lé-mur : per quam no- bis virgi-ni-tá- tis insíg-  
ni- a pul-lu- lá-runt. *Ps.* Deus noster refúgium. (*xlv.*) [207].

AS:522; 1520-S:107v; 1531-S:131r.<sup>49</sup>

6. Ant.  
VI.i.  
1704.

**E**ne-dícta \* et ve-ne-rá-bi- lis est sancta Ma-  
rí- a Virgo De- i Gé-ni- trix cu-jus na-ti-vi-tá-tem ce- le-  
bré- mus : ut intercéssi- o ipsí- us sit pro no- bis ad  
Dómi-num. *Ps.* Fundaménta ejus. (*lxxxvj.*) [270].

X. Post partum. [188].

*Lectio iiiij.*

**S**ciens ergo Dóminus hoc opus suum magni esse mystérii : jussit servare virgam ad moniméntum. Monebántur enim filii Israel preséntia virge quérere sollícite : quid significáret tam miráble factum. Quod longe post aperíre pergens divínus Esáias. Egrediétur inquit virga de radíce Jesse : et flos de radíce ejus ascéndet, et requiéscet super eum Spíritus Dómini. Ad hec verba tanquam auditóres ejus dícerent : O präsbyter Esáia obscuré lóqueris : dic nobis quésumus ipsam rem maniféste : adjécit claritatē et ait, Ecce virgo concípiet et páriet Fílium : et vocábitur nomen ejus Emmánuel. Fílium quoque Vírginis, id est Emmanuél precláre describens : puer inquit natus est nobis, et Fílius datus

est nobis. Et vocábitur nomen ejus Admirábilis, Consiliárius, Deus fortis, Pater futúri séculi : Princeps pacis. Multiplicábitur ejus impérium : et regni ejus non erit finis. Quod ergo Deus designávit miráculo : hoc a secrétis Esáias pródidit vaticínio. Et quod vates cécinit : consequénter rei éxitus approbávit. Nam sicut illa virga sine radíce, sine quólibet natúre usu artísve adminículo fructificávit : ita Virgo María sine conjugáli ópere filium procreávit. Fílium sane flore designátum et fructu. Flore propter spéciem : fructu propter utilitátem. Est enim speciósus forma pre filiis hóminum : et vitális reféctio non solum hóminum sed étiam angelórum.

AS:522; 1520-S:107v; 1531-S:131r.<sup>50</sup>

4. Resp.

I.



A-tí-vi-tas \* glo- ri- ó- se Vírgi- nis Ma-

The musical notation consists of two staves of neumes. The top staff begins with a large square neume (clavis) followed by a series of smaller neumes. The bottom staff begins with a small square neume (clavis) followed by a series of smaller neumes. The lyrics "A-tí-vi-tas \* glo- ri- ó- se Vírgi- nis Ma-" are written below the top staff, and "rí- e ex sémi-ne Abra- he orta de tri-bu" are written below the bottom staff. The number 7198 is located to the right of the music.

7198.

In nativitate beate Marie virginis.

The musical notation consists of four staves of square neumes on a four-line staff system. The lyrics are written below each staff. The first staff begins with 'Ju-dá : cla-ra ex stirpe'. The second staff begins with 'vi-ta íncli-ta cunc-'. The third staff begins with 'si-as. ¶ Cum jo-cundi-tá-te'. The fourth staff begins with 'be-á-te Ma-rí-e ce-le-bré-mus. ¶' A page number '7198za.' is located on the left side of the third staff.

Ju-dá : cla-ra ex stirpe Da-vid. †Cu-jus

vi-ta íncli-ta cunc- tas il-lús-trat ec- clé-

7198za. si-as. ¶ Cum jo-cundi-tá-te na- ti-vi-tá- tem

be-á-te Ma-rí-e ce-le-bré-mus. †Cu-jus.

*Lectio quinta.*

**I**n bréviter assérta propositiónis partícula prima : quod séquitur attingámus. Nata est ígitur beatíssima Virgo María, sicut lémigus, patro Nazaréno matre Bethleemita. Quas urbes Christi nativitáti vel conversatióni destinátas esse prophéte non tacuérunt. Descéndit autem ab radice illíus fidei<sup>51</sup> preclári Abrahe : cui supérna promíssa fúerat benedíctio ómnium géntium in sémine suo. Et ab stirpe David, quem Deus propter

notam sibi probitátem, egrégia laude sublimávit dicens, Invéni virum secúndum cor meum. De regáli nempe tribu, simul et sacerdotáli duxit originem : que summum Regem atque Pontíficem erat paritúra. Non tamen hec idcirco dixérimus : quod Dóminus qui peccatóres vocáre venit : dedignátus sit Matrem suam peccatóres habére cognátos : inter quos speciosa velut inter spinas lílum apparéret.

In nativitate beate Marie virginis.

AS:522; 1520-S:108r; 1531-S:131r.<sup>52</sup>

5 Resp.

I.

7199.



A-tí- vi-tas \* tu- a De- i Gé- ni-trix Vir- go

gáudi- um annuncí- á- vit u-ni- véro mun- do.

†Ex te e-nim or-tus est Sol jus-tí- ci- e Chris-

tus De-us nos- ter: qui sol-vens ma-le-dic-ti- ó-


nem de- dit be-ne-dic-ti- ó- nem : et confún-dens

mor- tem do-ná- vit no- bis vi- tam sempí-

tér- nam. *XV.* Fe-lix namque es que so-la Ge-ni-trí-cis

digni-tá-tem ob-ti-nu- ís- ti : et virgi-ná-lem pu-di-

7199e.



cí-ti- am non a-mis- ís- ti. †Ex te.

*Lectio sexta.*

**H**ec itaque électa et insígnis inter filias non fortúitu quidem aut solo plácito paréntum ut plerique, sed divína dispensatióne nomen accépit : ita ut ipsa quoque vocábuli sui figúra magnum quiddam innúeret. Interpretátur enim Maris stella. Quid ergo místicum interpretatió gerat per similitúdinem ostendámus. Nautis quippe mare transeúntibus notáre opus est stellam, haud longe a summo celi cármine choruscántem, et ex respéctu illius estimáre : atque dirígere cursum suum, ut portum destinátum apprehéndere possint. Símili modo, fratres, opórtet univérsos Christícolas, inter fluctus hujus séculi remigántes, atténdere Maris stellam hanc, id est Maríam, que summo rerum cármini<sup>53</sup> Deo

[131v.] próxima est : et respéctu exémpli ejus cursum vite dirígere. Quod si quis fécerit, non jactábitur vane glórie vento, nec frangétur scápulis adver-sórum : nec absorbébitur scíllea vorágine voluptátum : sed próspere véniat ad portum quiétis etérne. Si quis autem intérroget dicens, quid

ergo putas qualis olim in ánima fúerit, vel nunc sit hec persóna que sic ómnibus sanctis spectánda atque imitánda propónitur. Veráciter respondémus : quia longe perféctior quam nostra oratióne demonstrári possit. Tamen ne ibi nichil dícere arguámur ubi major áffluit cópia dicendórum, reservántes multa atque magna facúndis : saltem pauca dicámus super hoc, et que fácile probéntur<sup>54</sup> audíta. Hoc ígitur in primis astruere fas est : quod ánima ipsíus, et caro quam élégit et habitáculum sibi fecit sapiéntia Dei Patris, ab omni malicie immundícia puríssima fuit : affirmánte Scriptúra, Quóniam in malívola ánima non introíbit sapiéntia, nec habitábit in córpore súbdito peccátis. Item ecóntra confidénter assérimus, quia nullo virtútum génere vacábat,<sup>55</sup> cui plenitúdinem grátie Dei núnctius asserébat inésse, quod attestánte archángelo quamvis nemo sana mente discrédat : tamen si quis adhuc pio<sup>56</sup> desidério querat arguménta virtútum, ex verbis et factis ejus que Scriptúra

In nativitate beate Marie virginis.

commémorat tanto sibi facílius      fidélior erit. Tu autem Dómine.  
occúrrent : quanto ipse in queréndo

AS:523; 1520-S:108v; 1531-S:131v.<sup>57</sup>

6. Resp.

III.



D      nu- tum \* Dó- mi-ni nos-trum di-tán- tis

6024.

honó- rem. †Si-cut spi-na ro- sam gé- nu- it Ju-  
dé-a Ma-      rí- am.    *XV.* Ut ví-ci- um

6024a.

vir- tus ope-rí- ret : grá-ti- a cul- pam. †Si-cut.



*XV.* Gló- ri- a Pa- tri et Fi-lí- o : et Spi-rí- tu- i  
Sanc- to. †Si-cut.

In nativitate beate Marie virginis.

¶ In iij. nocturno.




AS:523; 1520-S:108v; 1531-S:131v.<sup>58</sup>

7. Ant.  
VII.i.  
3848. 

A-tí- vi-tas \* est hó-di- e sancte Ma-rí- e Vírgi-nis :  
  
cu-jus pulchri-tú-di-nem res-péx-it De-us : et vi-si-tá- vit  
  
humi-li-tá- tem su- am. Ps. Cantáte. j. (xcv.) [278].

AS:523; 1520-S:108v; 1531-S:131v.<sup>59</sup>

8. Ant.  
VIII.i.  
3414. 

S-ta est \* spe-ci- ó-sa e-léc-ta a Dómi-  
  
no cu-jus na-ti- vi-tá-tem ce-le-bré- mus : ut ipsa pro  
  
no- bis intercé- dat ad Dómi-num De- um nostrum.  
  
Ps. Dóminus regnávit exúltet. (xcvj.) [278].

AS:524; 1520-S:109r; 1531-S:131v.<sup>60</sup>

9. Ant.

IV.i.



E- lix \* namque es be- á- ta Virgo Ma-rí- a :  
 que et Ge-ni-trí-cis digni-tá-tem ob-ti-nu- ís- ti, et virgi-  
 ná-lem pu-di-cí-ti- am, non ami- sis-ti. *Ps. Cantáte. ij. (xcvij.)*  
 [289].

V. Speciosa facta es et suávis. [481].

**C** *Initium sancti Evangelii secundum Matheum. primo. [1—16.] [Lectio vij.]*

**L**iber generatiónis Jesu Christi filii David filii Abraham. Et reliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri.<sup>61</sup>*

**P**Refatiómem totius óperis premísit de quo dictúrus erat id est de Christo, per quem ascéndit ad David : cui dictum est : de fructu ventris tui ponam super sedem tuam : et a David usque ad Abraham, cui promíssum est, in sémine tuo benedicéntur omnes gentes terre, ad quem fuit princípium promissiónis.

Ideo pósuit eum evangelista principium narratiónis sue : et per eum per singulas genealógias descéndit ad Christum : ut in eo id est in Christo séries generatiónis terminarétur. Ideo in Christo inítium libri incipiebátur : quia ille est inítium salútis nostre et finis, id est perféctio etérne beatitúdinis. Nam et Móyses librum creatiónis celi et terre scripsísse se testátur, in quo paritúri<sup>62</sup> hóminis origínem texúerat.


In nativitate beate Marie virginis.

AS:524; 1520-S:109r; 1531-S:131v.<sup>63</sup>

7. Resp. VIII.

6169.  E-á-ta \* pro-gé-ni- es      unde Christus na-  
tus est, o      quam glo- ri- ó-sa      est Vir- go.

6169za. †Que ce- li re- gem gé-nu- it. *V.* Fe- lix      certe et  
omni laude digníssi- ma :      sacra Vir-go      Ma-  
rí- a. †Que ce- li.



*Lectio octava.*

 Atthéus librum generatiōnis  
Jesu Christi se esse scriptūrum  
promisit, in quo salus gēneris humāni  
ostenderētur, que in nōmine Jesu  
sonat : quia Jesus salvátor inter-  
pretátur. Nam Christus, unctus in  
Latíno interpretátur, et est nomen  
dignitatis : quia antiquis tempóribus  
reges, prophéte, et sacerdótes, óleo  
sanctificatiōnis ungebántur. Ipse

autem Christus pre particípibus suis a  
Deo unctus légitur esse : quia in eo  
omnem plenitúdinem divinitatis  
inhabitare complácuit, qui venit in  
mundum per eléctos patres et  
circuncísos. Nam eléctio in David : et  
circuncísio in Abraham demonstrátur.  
Etiam David manu fortis interpretátur :  
qui fortissimum populi Dei hostem  
solus aggréditur, vincit et occidit.

In nativitate beate Marie virginis.

Item bellátor noster fortíssimus Christus solus cum diábolo hoste atrocíssimo certávit, eúmque superávit et damnávit, et post hanc victóriam

multórum pater efféctus est : quia Abraham pater multárum interpretátur, et subaudítur géntium.

AS:524; 1520-S:109r; 1531-S:131v.<sup>64</sup>

8. Resp.

VII.



6339.

Or-de \* et á-ni- mo Christo ca-ná- mus gló- ri-

am. †In hac sacra so- len-ni- tá-te pre- cél- se

6339zg.

Ge-ni- trí- cis De- i Ma- rí- e. ⁊ Om-nes

in u-num congre-gá- ti col- laudémus Dómi-num

Je-sum Chris- tum. †In hac.

*Lectio nona.*

[132r.] **J**oseph interpretátur auctus, id est<sup>65</sup> augmémentum vite éterne : ut ipse dixit, Ego veni ut vitam hábeant, et habundántius hábeant. María interpretátur stella maris, sive amárum mare : et hoc nomen apte

cómpetit matri Salvatóris. Ipsa quippe stella maris recte vocátur : quia huic mundo ténebris perfidias et peccatórum obscuráto, veram lucem édidiit, de qua Johánnes ait, Erat lux vera : que illúminat omnem hóminem

veniéntem in hunc mundum. Hec et amárum mare rite dici potest : quia voluptátem istiú mundi ac libídinis luxum, que mare id est amaritúdo recte nuncupántur, eo quod ad amaritúdinem perpétuam gehénne se sequéntes pértrahunt, fecit sibi bene amaréscere, cura suo exémplo dócuit ab illécebris hujus séculi abstinére. Nam cum a primórdio mundi núptie institúte essent, et totus mundus post

concupiscéncias suas abíret : ista in corde suo serváre virginitátem suam státuit, et carnis desidéria in se mortificáre, celestémque convérsatióne in terris habére, ut ei per ómnia pláceret, cui servíre se probávit. Sciéndum quoque est quod María sermóne Syro dómina vocátur. Et mérito illa dómina vocátur : que Dóminum generáre méritu celi ac terre. Tu autem Dómine.

*Lectio ad primam.<sup>66</sup>*

**Q**uis enim est qui jocúnda admiratióne non speculétur hujus beáte vírginis natúre adolescéntis fortitúdinem, prudentiámque ac fidem, in collóquio angélico, ubi tam constánter eloquitur, tam prudénter intérrogat, tam fácile credit ? Quis non vídeat ac vidéndo mirétur justiciam ejus, qua sic univérsa precépta divíne legis satagébat implére, ut nec ad se non pertinéntia quedam inexpléta relínqueret ? Verbi grátia. Post partum enim purificatione legálí quam agébat non egébat : que virum in concipiéndo non nóverat. De temperántia quoque ipsíus supérius dictum est : que Deo virginitatis lílium, in humilitátis valle prodúxit. Cum ergo virtútibus supradíctis facta ejus plena sint atque dicta : manífestum est non

solum attestatióne angélica, sed étiam rerum arguméntis, nullum genus virtútis beatíssime vírgini defuísse. Depromébant itaque virtútes in cogitatióne et afféctu cordis ejus ineffábilem armóniam : quam ipsa créatrix et inhabítatrix ejus Dei sapiéntia delectabátur audíre. Choruscabant foris in superficie sermónis et actus : unde mérito possent homines glorificáre Deum, et exémpla salútis accípere. Tali ergo tantéque persóne quid tandem ad honóris cúnulum pótuit accídere majus, eo quod Dei Fílium virgo concépit, virgo mater édedit ? Hac namque<sup>67</sup> dignité venerabilis facta est ipsis quoque ordínibus sanctórum angelórum. Quod ópere manífesto declarávit ille magnus atque fortis archángelus Gábriel : qui eam

In nativitate beate Marie virginis.

ántequam mater Dei fieret, quia futúra nóverat, tanta veneratióne salutándo prevénit dicens, Ave grátia plena. Hac eádem dignitáte facta est étiam imperiósā secúndum caritátem

erga súperos : ac super ínferos per districtiónem.<sup>68</sup> Unde plúrima scripta sunt exemplórum arguménta : de quibus ad presens ut cunque<sup>69</sup> sínghula sufficiat memoráre.

AS:524; 1520-S:109v; 1531-S:132r.<sup>70</sup>

9. Resp.

I.

7677.

O- lem \* jus-tí- ci- e Re-gem pa-ri-tú- ra  
 supré- mum. †Stel-la Ma-rí- a ma- ris. ‡Hó-di- e  
 pro-cés- sit ad or- tum. ⁊. Cér-  
 ne-re di-ví-num lu-men gaudé- te fi-dé- les.  
 †Stel-la. ⁊. Gló-ri- a Pa-tri et Fí- li- o : et  
 Spi-rí- tu- i Sanc-to. ‡Hó-di- e.

In nativitate beate Marie virginis.

---

*Responsorium feriale.*

AS:525; 1520-S:109v; 1531-S:132r.<sup>71</sup>

Resp.  
VII.

6781.  Lo-ri- ó- se \* Vírgi-nis Ma-rí- e or- tum

dignís-simum re-co- lá- mus. †Cu- jus Dómi-nus hu-

mi-li-tá-tem respí-ci- ens ánge-lo narránte concé-

6781c. pit Re-demptó- rem mun- di. *V.* Hó- di- e

na-ta est Vir-go Ma-rí- a : ex pro-gé- ni- e

Da- vid. †Cu- jus.

[*V.*] Glória. 95\*. †Cujus.



In nativitate beate Marie virginis.

*Aliud Responsorium feriale.*

AS:525; 1520-S:110r; 1531-S:132r.<sup>72</sup>

Resp.

VII.



7519.

E-gá- li \* ex pro-gé-ni- e Ma-rí- a

ex-órta re-fúl- get. †Cu-jus pré- ci-bus nos ad-

ju- vá- ri men- te et spí-ri-tus de-vo-tíssi-

me pós-ci- mus. *V.* Cor- de et á-nimo Christo

ca-námus gló-ri- am in hiis sacris so-lénni- is pre-célse

Ge-ni-trí-cis De- i Ma- rí- e. †Cu-jus.

[*V.*] Glória. 95\*. †Cujus.

*Responsorium feriale.*

AS:526; 1520-S:110r; 1531-S:132r.<sup>73</sup>

Resp.

I.



7197.

A-tí-vi-tas est hó- di- e sancte Ma-rí- e

In nativitate beate Marie virginis.

Vírgi- nis cu-jus vi- ta íncly- ta cunctas il-lús-trat ec-

clé- si- as. †Que so-la fu- it dig-na por-tá- re

7197zb. Dómi-num Je-sum Chris- tum. // Ipsa e-nim qua-si

si-dus ex-ími- um : inter fluc-tus sé-cu- li la-bén-tis grá-

ti- a pri-vi- lé-gi- i spe-ci- á- lis ef-fúl- sit. †Que so-la.  
[V.] Glória. 93\*. †Que sola.

[*Ante laudes.*]

*V.* Ora pro nobis sancta Dei génitrix.

[*R.* Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.]<sup>74</sup>

¶ *In laudibus.*

AS:526; 1520-S:110v; 1531:132r.

1. Ant.

3849. VII.i.

A-tí-vi-tas est hó-di- e \* sancte Ma-rí- e vírgi-nis :

In nativitate beate Marie virginis.

cu-jus vi-ta íncli-ta cunctas il-lústrat ecclé-si- as.  
|||

*Ps. Dóminus regnávit. (xcij.) [45].*

AS:526; 1520-S:110v; 1531-S:132r.<sup>75</sup>

2. Ant. VIII.i. 3850.



A-tí-vi-tas glo-ri- ó-se \* vírgi-nis Ma-rí- e ex sé-

mi-ne Abra-he orta de tri-bu Ju-da : cla-ra ex stirpe Da-vid.  
|||

*Ps. Jubiláte. (xcix.) [46].*

AS:526; 1520-S:110v; 1531-S:132r.<sup>76</sup>

3. Ant.

VI.i.


4591.



E-gá-li ex pro-gé-ni- e Ma-rí- a \* ex or- ta re-fúl-

get : cu-jus pré-ci-bus nos adju-vá-ri men-te et spí- [132v.]

In nativitate beate Marie virginis.




ri-tu de-vo-tís-sime pós-cimus. Ps. Deus Deus. (*lxij.*) [47].

AS:527; 1520-S:111r; 1531-S:132v.<sup>77</sup>


1931. 4. Ant. VIII.i.



Or-de et á-ni-mo \* Christo ca-námus gló- ri- am



in hac sacra sollempni-tá-te pre-cél-se ge-ni-trí-cis De- i



Ma-rí- e. Ps. Benedícite. (*Daniel iij.*) [48].

AS:527; 1520-S:111r; 1531-S:132v.


2016. 5. Ant. VII.ii.



Um jo-cundi-tá-te \* na-ti-vi-tá-tem be- á-te Ma-



rá- e ce- lebrémus : ut ipsa pro no-bis intercé-dat ad Dó-



mi-num Je-sum Christum. Ps. Laudáte. (*cxlviij.*) [49].

*Capitulum.* Ego quasi [vitis].<sup>78</sup> {1277}.

In nativitate beate Marie virginis.

HS:147r; 1519:49v; 1520-S:111r; 1531-S:42v.<sup>79</sup>

Hymn.


II.

8375e.




glo- ri- ó-sa fé-mi-na, \* Excél-sa supra sý-de-


ra : Qui te cre- á-vit pró-vi-de, Lac-tans sacrá-to ú-be-re.




2. Quod E- va tris-tis ábstu-lit, Tu reddis almo gérmi-ne :




Intrent ut astra flé-bi- les, Ce- li fe-néstra fac-ta es.




3. Tu re- gis al-ti já-nu- a, Et por-ta lu-cis fúl-gi-da :



Vi-tam da- tam per vír-gi-nem, Gentes re-démpte pláudi-te.




4. Gló-ri- a ti-bi Dó-mi-ne, Qui na-tus es de Vír-gi-ne :



Cum Patre et Sancto Spí- ri- tu, In sempi-térna sé-cu-la.

In nativitate beate Marie virginis.



Amen.

V. Elégit [eam Deus, et preelégit eam.]<sup>80</sup>  
[R. Habitáre eam fecit in tabernáculo suo].<sup>81</sup>

AS:527; 1520-S:111r; 1531-S:132v.<sup>82</sup>

3853. Ant. VIII.i.

A-ti-v-tá-tem ho-di-érnam \* perpé-tu-e vírgi-nis ge-ni-trí-cis De-i Ma-rí-e sollénni-ter ce-le-brémus : qua celsi-túdo thro-ni pro-cés-sit al-le-lú-ya.

Ps. Benedíctus. 68\*.

Oratio. Supplicatiónem servórum. *ut supra ad j. vesperas.* {1280}.

¶ Ad j.

Ant. Natívitas est hódie. {1302}.

Ps. Deus in nómine [tuo].<sup>83</sup> (*lij.*) [95].

[Ant. Grátias tibi. [99].

Ps. Quicúnque vult.]<sup>84</sup> [100].

**C Ad iij.**

*Ant.* Natívitas glorióse. {1303}.

*Ps.* Legem pone. (cxvij. 33.) [132].

*Capitulum.* Ego quasi [vitis].<sup>85</sup> {1277}.

*R.* Sancta Dei [génitrix].<sup>86</sup> et dicatur cum eodem cantu quo in festo purificationis<sup>87</sup> beate Marie.

[AS:404, 527; 1519-S:50r; 1520-S:95v; 1531-S:25r.]<sup>88</sup>

Resp.  
IV.




Ancta De-i gé-ni-trix. †Virgo semper Ma-rí-a. ij.


7568.



*XV.* Intercé-de pro no-bis ad Dómi-num De-um nostrum.



†Virgo. *XV.* Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.



Sancta. ]

*In octava et per octavas dicitur cantus super idem R.* et alia responsoria ad horas sicut in commemoratione ejusdem cum oratione ut supra.

[*Versiculi Post partum.*]<sup>89</sup> [188].

**C Ad vj.**

*Ant.* Regáli [ex progénie. {1303}].

[*Ps.* Defécit.]<sup>90</sup> (cxvij. 81.) [141].

*Capitulum. Ecclesiastici xxvij.* [26.]

**T**ránsite ad me omnes qui concupiscitis me, et a gene- ratióibus meis implémini : spíritus enim meus super mel dulcis, et

In nativitate beate Marie virginis.

heréditas mea super mel et favum.

[AS:404, 527; 1519-S:50v; 1520-S:96r; PEN:524r.<sup>91</sup>


Resp. VI.

7400.  Ost partum virgo. †Invi-o-lá-ta permansís-ti. ij.

7400a.  ¶. De-i gé-ni-trix intercé-de pro no-bis. †Invi-o-lá-ta.

 Gló-ri-a Pa-tri et Fí-li-o : et Spi-rí-tu-i Sancto.

Post partum. ]



[*Versiculi. Speciosa facta.*]<sup>92</sup> [481].

¶ Ad ix.

*Ant. Cum jocunditáte.* {1304}.

[*Ps. Mirabília.*]<sup>93</sup> (cxvij. 129.) [150].

*Capitulum. Ecclesiastici xxvij.* [30.]

 Ui audit me non confundétur,  
Et qui operántur in me non peccábunt : et qui elúcident me vitam  
eternam habébunt.

[AS:404, 527; 1519-P:50v; 1520-S:96r.<sup>94</sup>

Resp. VI.

sar0665.  Pe-ci-ó-sa facta es. †Et su-á-vis. ij. ¶. In de-lí-

sar0665a. 

In nativitate beate Marie virginis.

The musical notation consists of three staves of square neumes on four-line red staves. The first two staves are identical, ending with a double bar line. The third staff begins with a single bar line and ends with a double bar line. Below the notation are the lyrics in Latin:

ci- is tu- is sancta De- i gé-ni-trix. †Et su- á-vis.  
¶ Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.  
¶ Spe-ci- ó-sa. ]  
¶ Elégit eam Deus. {1305}.

*Supradictus ordo horarum servetur quotidie per octavas nisi in festo exaltationis sancte crucis.*

### ¶ Ad ij. vespertas.

*Ant.* Natívitas est [hódie].<sup>95</sup> {1302}.

*Ps.* Dixit Dóminus. (cix.) [311]. et ceteri psalmi<sup>96</sup> de sancta Maria et dicantur quotidie [ad vespertas]<sup>97</sup> per octavas quando de octavis fit servitium.

*Capitulum.* Ego quasi. {1277}.

*R.* Solem justície. ix. [de matutinas].<sup>98</sup> {1299}.

*Et pro hymno dicitur sequentia Letabúndus exúltet. Require in festo purificationis<sup>99</sup> beate Marie.* {278}.

*V.* Elegit eam Deus [et preelégit eam].<sup>100</sup> {1305}.

AS:528; 1520-S:111v; 1531-S:9r, 132v.<sup>101</sup>

*Ant.*

I.v.



The musical notation consists of a single staff of square neumes on four-line red staves. It features a large initial letter 'I' at the beginning. The notation continues with a series of neumes, some with vertical stems and others with diagonal strokes.

Lo-ri- ó- se \* vírgi- nis Ma- rí- e ortum digníssi-

2957.

{1309}

In nativitate beate Marie virginis.

mum re-co- lá-mus : cu-jus Dó-mi-nus humi-li-tá-tem respí-  
ci- ens ánge-lo narránte concé- pit re-demptó-rem mundi  
al-le- lú-ya. *Ps. Magníficat. 53\**.

*Oratio. Supplicatiōnem servórum. [ut supra ad vesperas.]*<sup>102</sup> {1280}.

*Ad has vesperas nulla fiat memoria in audientia de sancto Gorgonio nec etiam sub silentio.*

*He sequentes antiphone dicuntur ad processionem in redeundo per estatem quando de sancta Maria dicetur antiphona in introitu chori nisi inter octavas assumptionis et nativitatis beate Marie.*


AS:529; 1520-C:49r; 1531-S:132v.

1. Ant. VI.

Ave \* re-gí-na ce- ló- rum, A- ve dómi-na ange-  
ló- rum, Sal-ve ra- dix sancta Ex qua mundo lux est orta :  
Ave glo- ri- ó-sa Su-per omnes spe-ci- ó- sa, Va- le val-


{1310}

In nativitate beate Marie virginis.



de de-có-ra    Et pro no-bis semper Chris- tum ex-ó- ra.

*In tempore paschali finiatur cum*



ex-ó- ra al-le-lú-ya.

AS:529; 1520-C:48v; 1531-S:132v.


2. Ant.




V.iii.

1356.


L-                ma \* Re-dempto-ris ma- ter que pér-vi-



a ce-li por-ta ma- nens : et stel- la ma- ris succúrre ca-



dén- ti, súrge-re qui cu- rat pópu-lo : tu que ge-nu- ís-ti




na-tú- ra mi-rán- te tu- um sanctum Ge-ni- tó-rem vir-go




pri- us ac posté- ri- us Gabri- é- lis ab o-re, sumens il- lud

In nativitate beate Marie virginis.



a-ve pecca-tó-rum mi-se-ré-re.

*In tempore paschali finiatur cum*




re al-le-lú-ya.

AS:519; 1520-C:149v; 1531-S:132v.


1563. 3. Ant.  
VIII.i.




E-á-ta De- i \* gé-ni-trix Ma-rí- a virgo perpé-tu- a :




templum Dómi-ni, sacrá- ri- um Spi- ri-tus-sáncti so-la



si-ne ex-émplo pla-cu- ís-ti Dómi-no Je- su Christo : o-




ra pro pópu-lo, intérve-ni pro cle-ro, intercé-de pro de-



vó-to femí- ne- o se-xu.

*In tempore paschali finiatur cum*

In nativitate beate Marie virginis.



se-xu al-le-lú-ya.

AS:529; 1520-C:50r; 1531-S:132v.


4. Ant.

VI.



Pe-ci- ó- sa \* fac-ta es et su- á- vis in de- lí-ci-


sar0115.




is virgi-ni-tá- tis sancta De- i gé-ni-trix : quam vi-dén-



tes fí-li- e Sy-on vernán- tem in fló-ri-bus ro- sá-rum et




lí- li- us convá- li- um, be- a-tís-si- mam pre- di-ca- vé-runt



et re-gí-ne lauda-vé- runt e- am.

*In tempore paschali finiatur cum*



e- am al-le-lú-ya.

In nativitate beate Marie virginis.

*He due antiphone sequentes nunquam dicuntur ad vesperas in sabbato ad processionem in redeundo, sed ante missam tantum, ut placuerit precentori.*

AS:528; 1520-S:111v; 1531-S:132v.<sup>103</sup>

5. Ant. VII.i.

3160.



- bo mi- chi \* ad mon- tem mirre et ad col- lem

Lí- ba-ni et loquar spon-se me-e, to-ta spe-ci- ó- sa

es próx-i-ma me-a et má-cu-la non est in te : ve-ni a



Lí- ba-no ve-ni vé-ni- es et transí- bis ad mon- tem

Se- yr et Her-mon, a cu- bí-li-bus le- ó- num a mó-ni-bus

le- o- par- dó-rum.

*In tempore paschali finiatur cum Allelúya.*<sup>104</sup>

dó-rum al-le-lú- ya.



In nativitate beate Marie virginis.

AS:528; 1520-S:112r; 1531-S:132v.<sup>105</sup>

6. Ant.

VI.

4436.



Uam pul-chra es \* et quam de-có- ra, ka-rís- si-  
ma in de- lí- ci- is. Sta-tú- ra tu- a assimi-lá-ta est  
pal-me, et ú-be-ra tu- a bot-ris : ca- put tu- um ut car-  
mé-lus, col- lum tu- um si-cut turris e- bürne- a. Ve- ni  
di-lécte mi, egre- di- ámur in ag-rum vi-de- á- mus  
si flo- res fructus par- tú- ri- unt : si flo-ru- é-runt ma-la  
pú- ni- ca, I- bi da-bo ti- bi ú- be-ra me- a al-le-lú- ya.  
*Et finiatur cum Alleluya. quandocumque dicitur extra lxx.*

In nativitate beate Marie virginis.

*Quotidie infra octavas nisi in dominica hoc modo dicatur servitum.*

¶ *Ad matutinas.*

[AS:500; 1520-S:97r, 112v; 1531-S:118r.<sup>106</sup>

1086. Invit. IV.i.

N honó- re \* be- a- tís-sime Ma- rí- e vír-gi-nis.

†Ju-bi-lémus Dó-mi-no. Ps. Ve-ní- te. i3\*.]

*Hymnus. Quem terra [ponthus éthera. Require supra in octavam assumptionis beate Marie.].<sup>107</sup> {1197}.*

[AS:19, pl. β; 1519:22r, 98r; 1520-S:112v; 1531:11v.<sup>108</sup>

1709. 1. Ant. IV.v.

Ene-dícta tu \* in mu-li- é-ri-bus : et be-ne-díc-tus


fructus ventris tu- i. Ps. Dómine Dóminus noster. (vij.) [i7].

AS:pl. β; 1519:98r; 1520-S:112v; 1531:11v.

4942. 2. Ant. IV.v.

I-cut mir-ra e- lécta \* odó-rem de-dís-ti su- a-vi-

In nativitate beate Marie virginis.



tá- tis, sancta De- i gé-ni-trix. Ps. Celi enárrant. (xvij.) [34].

AS:pl. β; 1519:98r; 1520-S:112v; 1531:11v.


3. Ant.

IV.v.

4988.



Pe-ci- ó-sa facta es, \* et su- á-vis : in de-lí-ci- is



tu- is, sancta De- i gé-ni-trix. Ps. Dómini est terra. (xxij.) [93].

AS:664, pl. γ.; 1519:98v; 1520-S:112v; 1531:11v.


4 Ant.

VII.ii.

4987.



Pé-ci- e tu- a \* et pulchri-tú-di-ne tu- a : inténde



próspe-re pro-cé-de et regna. Ps. Eructávit. (xliv.) [206].

AS:664, pl. γ.; 1519:98v; 1520-S:112v; 1531:11v.


5. Ant.

VII.ii.

1282.



D-ju-vá-bit e- am\* De-us vultu su-o : De-us in



mé-di- o e-jus non commo-vé-bi-tur. Ps. Deus noster refúgium.  
(xlv.) [207].

In nativitate beate Marie virginis.

AS:pl. γ.; 1519:98v; 1520-S:112v; 1531:11v.

6. Ant.  
VII.ii.

4936. 

I-cut le-tánti- um \* ómni- um nostrum ha-bi-tá-ti-  
o est in te sancta De- i gé-ni-trix. Ps. Fundaménta. (*lxxxvj.*) [270].

AS:pl. γ.; 1519:98v; 1520-S:112v; 1531:11v.

7. Ant.  
IV.iv.

2924. 

Aude Ma-rí- a vir-go : \* cunctas hé-re-ses so-la  
inte-remís-ti in u-ni-vérso mundo. Ps. Cantáte. j. (*xcv.*) [278].

AS:pl. γ.; 1519:98v; 1520-S:112v; 1531:11v.

8. Ant.  
IV.iv.

2217. 

Igná-re me laudá-re te \* virgo sacrá-ta : da michi  
virtú-tem contra hostes tu-os. Ps. Dóminus regnávit, exúltet.  
(*xcvj.*) [278].

AS:pl. γ; 1519:97v, 98v; 1520-S:112v.<sup>109</sup>


9. Ant.  
IV.iv.

4332. 

Ost partum virgo \* invi-o-lá-ta permansís-ti : {1318}

In nativitate beate Marie virginis.

---



De- i gé-ni-trix intercé-de pro no-bis. *Ps. Cantate. ij. (xcvij.)* [289].

¶ Sancta Dei génitrix virgo semper María. [194].

## *Secunda die infra octavas.*

*Lectio j.*<sup>110</sup>

**B**EATA igitur María olim in auxílium magni patris Basílio misit sanctum ángelum, et mórtuum suscitávit : qui male vivéntem pessundédit persecutórem ejus Juliánum apostátam. Et hec hystória notíssima est. Illa etiam te peccatórem quandam o Theóphile,<sup>111</sup> peníténtem et se suppliciter invocántem : ab ipsis dyáboli fáucibus poténter erípuit. Sed quid gravámur hujus lapsi reparatióñem paucis effári,

[133r.] cum audíre sit ópere préciúm ? Is

ergo Theóphilus vicedóminus olim cujúsdam epíscopi Siciliórum ut scriptúra testátur : propter infortúnia sua in tristíciā décidit. Unde cón-tulit sese ad quendam Judéum maleficium : ejus consílium et auxílium petens. Hoc tunc Judéo mediatóre locútus cum diábolo, Christianitátem abnegávit, diábolum adorávit : eíque de sua mancipatióne factum cirográphum trádidiit ánulo suo signátum.

*R.* Hódie nata est. *j.* {1284}.

*Lectio ij.*

**P**Ostea vero facti pénitens, multúmque se ánimo angens : quid fáceret, quo se vérteret, tandem collectis fidei et spei víribus confúgit ad ecclésiam quandam in beáte Matris Dómini memória dedicátam. Ubi quadragínta diérum afflictiónē mace-rátus : ánimo contrítō nomen ejus invocábat júgiter ac patrocínium implorábat. Quid multa ? Respéxit hunc propítia misericórdie Mater, et per visióñem illi appárens de impietáte eum árguit : et ad Christi confessióñem confortávit. Consoláta

est doléntem pollicéndo véniam, et ne dubitáret de promíssō : supradíctum cirográphum diábolo poténter arréptum, captívo réddidit in pignus libertatis. Quod cum evígilans supra pectus suum pósitum inveníret : quam letus extíterit, quam pio afféctu voces exultatiónis et confessiónis edíderit, non est facile dictu. Noctem vero illam consécuta est Domínica dies, qua Theóphilus quasi cum Dómino a mórtuis resúrgens, epíscopo se coram pópulo presentávit : et rem sicut erat expósuit. Vidéres

modo populum ex auditu tam hórrendi scéleris expávere, modo consideráta mácie vultúque penitentis pie collachrymári : sed audito quan-

tam et quam célerem misericórdiam fúerat consécutus, omnes qui mala conscientia térriti pene defécerant, ad spem vénie cum gáudio respirábant.

*R. Beatissime. ij. {1285}.*

*Lectio tertia.*

**J**am vero ut rem brevi fine concludámus epíscopo jubénte : male cautum<sup>112</sup> cirográphum Theóphilus igne concremávit. Deinde suffragánte clero et pôpulo ductus ad altáre, cum sacrosánctam communiónem de manu epíscopi ore suscíperet : fácie refúlsit ut sol. Peractóque deínceps tríduo cum láudibus in ecclésia pie Matris Dómini, per quam reconciliátus fúerat : alabóribus suis beáto fine quiévit. Tálibus ergo factis approbátur, quia Mater Dómini ubique imperiosa est, ubique magnífica : certe cui in promptu est sanctos ángelos in ministérium mítttere, et ad beneplácitum suum inferórum plácita cassáre.<sup>113</sup> His quoque et áliis infinítis beneficiis que vel scripta sunt vel passim júgiter visa efféctu constat, quod et justis et peccatóribus fidéliter

invocántibus se presto est : et nunquam eis opitulári desístit. Véniant ígitur ad eam justi cum Basílio laudántes ac benedicéntes, effectúmque célerem suis sanctis desidériis postulántes : sine dúbio perceptúri. Véniant peccatóres cum Theóphilo tundéntes rea péctora cum intérno fletu, ipsi quoque si vere peníteant : desiderátam véniam adeptúri. De quórum número tibi assisténtibus nobis, ut subveníre et auxiliári dignérís implorámus, o preelécta et sancta, o venerábilis et imperiosa, o clemens et propicia Ddómina nostra : quo pósseimus<sup>114</sup> recuperáre et habére perpétuam grátiam Fílii tui Jesu Christi Dómini nostri, qui cum Patre et Spíitu Sancto vivit et regnat unus Deus in etérnum. Amen.

*Lectio ad j.*

**L**iber generatiónis Jesu Christi filii David. Et réliqua. Quo exórdio suo satis osténdit<sup>115</sup> gene-

ratióne Christi, secúndum carnem se suscepísse narrándam. Secúndum hanc enim Christus filius est hóminis

quod seípsum sepíssime appéllat : comméndans nobis quid miseri-córditer dignátus sit esse pro nobis. Nam illa supérrna et etérrna generátiō, secúndum quam Fílius Dei unigénitus est ante omnem creatúram, quia ómnia per ipsum facta sunt, ita ineffábilis est : ut de illo dictum a prophéta Esáya intelligátur, generatiōnem ejus quis enarrábit ? Quamquam et de temporáli ejus nativitáte, qua Verbum caro factum est, et virgo Spíritu Sancto grávida péperit filium, et virgo permánsit, hec prophética senténtia possit non inconveniénter accípi : ne sacre edificatiōnis discors compágno non héreat. Igitur Máttheus corrúpto humáni géneris início per prevari-catiōnem, in primo Novi Testaménti libro respóndens primo libro Véteris [133v.] legis ubi scriptum est, hic est liber generatiōnis celi et terre, et rursum, hic est liber Ade, Ade vidélicet véteris per quem totus corrúptus est mundus, Adam appónens novum in quo restauráta sunt ómnia, et que in celo et que in terra consístunt : dedit maniféste intellígi quod ipsíus scrípserit secúndum carnem generatiōnem, qui eléctos suos in filiōrum Dei assúmeret adoptiōnem.

Quare autem díixerit librum gene-ratiōnis, cum parvam libri particulam téneat generátiō : per hoc intellígitur, quod consuetúdinem gentis sue secútus sit. Consuetúdo enim Hebre-órum est : ut volumínibus ex eórum princípiis impónant nómina, ut est Génesis, Exodus, et cetéri libri legáles. Quod autem dixit Jesu Christi : regálem et sacerdotálem in eo exprímít dignitátem. Nam Jósue qui nóminis hujus preságium prétulit, primus post Móysen in pôpulo Israel ducátum tenuit : et filios Israel in terram promissiónis indúxit. Aaron vero mýstico consecrátus unguénto : primus in lege sacérdos fuit. Salvátor ígitur noster, quem unxit Deus óleo letície pre ómnibus particípibus suis : et rex est de quo prophéta dicit, multiplicábitur ejus impérium et pacis non erit finis, et ángelus ad Maríam poténtiam regni ejus demónstrans, dabit inquit ei Dóminus Deus sedem David patris ejus, et regnábit in domo Jacob in etérnum, et regni ejus non erit finis. Et sacérdos idem est de quo dicit psalmísta, jurávit Dóminus et non penitébit eum : tu es sacérdos in etérnum secúndum órdinem Melchísedech.

R. Glorióse vírginis. {1300}.

*Ante laudes.*

*XV. Ora pro nobis sancta Dei génitrix.*

[*Rx. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.]*<sup>116</sup>

[ **I** In laudibus.]

*In laudibus dicitur hec sola ant. Natívitas. {1302}.*

*Ps. Dóminus regnávit. (xcij.) et ceteri psalmi consueti. [45].*

*Capitulum. Ego quasi vitis. {1277}.*

*Hymnus. O gloriósa fémina. {1305}.*

*XV. Elégit eam [et preelégit eam.*

[*Rx. Habitáre eam fecit in tabernáculo suo].*<sup>117</sup>

*Ant. Dei génitrix. {1275}.*

*Ps. Benedíctus. 52\*.*

*Et alie antiphone que sequuntur de hystoria infra octavas per ordinem dicantur super psalmum Benedíctus. et Magníficat.*

*Oratio. Supplicatióñem servórum tuórum. {1280}.*

**I** Memoria fiat de sancto Gorgonio martyre : ad has matutinas tantum cum hac oratione.

**S** Anctus Gorgónius martyr tuus      |      intercessióne letíficet : et pia fáciat  
Dómine, sua nos quésumus      |      solennítate gaudére. Per Dóminum.

*Nulla die infra octavas istas fiat memoria de cruce nec de omnibus sanctis quia octave sunt cum regimine chori.*

**I** Ad j.

*Ant. Natívitas [est hódie. ut supra in laudibus].*<sup>118</sup> {1302}.

*Ps. Deus in nómine. (lijj.) [95].*

*Ant. Te jure. [99].*

*Ps. Quicúnque. [100].*

**I** Ad [tertiam et ad]<sup>119</sup> omnes alias horas omnia fiant sicut in prima die prenotatum est.

## ¶ Ad ij. vespertas.

*Ant.* [Natívitas est hódie.]<sup>120</sup> {1302}.

*Ps.* Dixit Dóminus. (cix.) [311].

*Capitulum.* Ego quasi vitis. {1277}.

*Hymnus.* Ave maris stella. {405}.

*V.* Elégit eam [et preelégit eam].

*R.* Habitáre eam fecit in tabernáculo suo].<sup>121</sup>

*Ant.* Beata progénies. {1276}.

*Ps.* Magnificat. 55\*.

*Oratio.* Supplicátiōnem. [ut supra.]<sup>122</sup> {1280}.

*Hoc eodem modo dicantur matutine, hore et vespere per totas octavas nisi in dominica  
preter V. et responsoria ad matutinas et antiphonas super psalmum Benedictus. et  
Magnificat. que mutantur.*

## ¶ Tertia die.

### Ad matutinas.

*V.* Sancta Dei génitrix. [194].

*Lectio j.*<sup>123</sup>

 Ilíi<sup>124</sup> David, filii Abraham. Ordo prepósterus : sed necessário commutátus. Si enim primum posuisset Abraham, et póstea David : rursus ei repeténdus fúerat Abraham, ut generatiōnis séries texerétur. Ideo autem céteris pretermíssis horum filium nuncupávit : quia ad hos tantum facta est de Christo repromíssio. Ad Abraham, in sémine inquit tuo benedicéntur omnes gentes. Ad David vero ait, De fructu ventris tui : ponam super sedem

tuam. Abraham génuit Ysaac : Ysaac autem génuit Jacob. Et réliqua. Exéquitur ergo humánam generatiōnem Christi Mathéus, ab ipso promissiónis Christi exórdio : hoc est ab Abraham generatóres commémorans quos perdúcit ad Joseph virum Maríe, de qua natus est Jesus. Mysticéque demónstrat, quómodo do gentilitatis calígine, quasi do Egýptia servítute per quadragínta duos viros, ac si ejúsdem númeri mansiónes, ad Vírginem Maríam plenam Spíritus

Sancti gúrgite fluéntem, ac si intelligibílius Jordánem duce Dómino

nostro Josu Christo, velúti Jósue filio Nun ventum sit.

*R. Natívitatis glorióse. iiiij. {1289}.*

*Lectio secunda.*

[134r.]

**I**psum namque Christum de María natum esse testátur, qui ut hamus in retis cápite, sic in fune genealógie pósitus, et in mare hujus mundi a Patre missus, tortuósum dracónem aduncáatum occísus óccidit : atque humáni géneris mortem mórtuus mortificávit. Et ídeo velut fúrie duplicáto iteráto vidélicet uniuscujúsque nómine, in retis similitúdinem genealógie ordo contéxitur : donec ab hujus princípio, hoc est ab Abraham, ad hamum usque, hoc est Christum veniáтур. De quo ad sanctum Job dícitur, Nunquid aduncábis levíathan hamo tuo, aut armílla perforábis maxíllam ejus ? In hamo ergo incarnatiónis Christi iste captus est : quia dum in illo áppetit escam cóporis, transfixus est acúleo divinitátis. Judas autem génuit

Phares et Zaram de Thamar. Notándum quod in genealógia Salvatóris, nullam sanctárum assúmit mulíerum : sed eas quas Scriptúra reprehéndit : ut qui propter peccatóres vénerat, de peccatíribus nascens ómnium peccáta déleret. Unde et in sequéntibus Raab méretrix, et Ruth Moábitis pónitur : et Bersabée uxor Urie. Ad interiórem vero intelléctum in ómnibus istis quátuor muliéribus ventúra ad Dóminum ecclésia de gentilitátis erróre figurátur : que prius aliena ignomíniis plena et sterílis habebátur, sed ad Christum ut legítima conjúncta est matróna. Et plures adoptívos parit Deo filios : quam synagóga, que prius ut próprium videbátur Deum habére virum. Tu autem Dómine [miserére nostri].<sup>125</sup>

*R. Natívitatis tua. v. {1290}.*

*Lectio tertia.*

**T**hamar ergo interpretátur amarítudo vel commutans sive palma. Et mérito hec ómnia convénient sancte ecclésie, que amára

prius fuit in idolátria et turpi conversatióne : sed modo dulcis est per fletum compunctiónis et stúdium pii labóris. Hec cōmutans recte

dicitur : quia ex peccatríce commutáta est in justam, et ex odiósa in amátam. Que palme rite assimilátur : propter certámen labórum et victórie prémium. De illa quippe bene per Psalmístam dicitur, Justus ut palma florébit : sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Raab quoque latitúdo, vel fames, seu ímpetus interpretátur. Et quid in hoc nisi sancte ecclésie nobilitas predicátur ? Cui étiam per Esáyam dicitur, Diláta locum tentórii tui et pelles tabernaculórum tuórum exténdere ne parcas : longos fac funículos tuos, et clavos tuos consólida. Ad déxteram enim et levam penetrábis : et semen tuum gentes hereditábit. Habent ergo famem ista, non famem panis, neque sitim aque : sed audiéndi verbum Dei et faciéndi voluntátem ejus. De hac quidem ímpetus ingréditur : quia velóctas

predicatiónis flante Spíritu Sancto in totam mundi latitudinem dirígitur. Unde et bene per Ezechiélem dicitur, Ubi ímpetus erat spíritus illuc gradiebántur : nec revertebántur cum ambulárent. Dénique Ruth que vel videns vel féstinans sive diffiniens interpretátur, mérito ecclésiam signifícatur : que in puritaté cordis Deum contemplátur, et secúndum Psalmístam, féstinat manus ejus dare Deo. Hec diffinit : id est firmiter in fide et dilectione Dei persistere decérnit. Unde et Paulus ait, Certus sum enim, quia neque mors neque vita, neque ángeli, neque principátus, neque instántia, neque futúra, neque altitúdo, neque profundum, neque creatúra ália póterit nos separáre a charitáte Dei : que est in Christo Jesu. Tu autem.

*Lectio ad primam.<sup>126</sup>*

**B**eersabée vero que interpretátur púteus sacietatis, vel púteus séptimus, abundántiam grátie Spirítus sancti in ecclésia fieri désignat. Dono itaque spirituáli, hoc est septenário facta est ecclésia púteus sacietatis, quia factus est in ea fons aque salientis in vitam etérnam. Náason autem génuit Salmon. Ipse est Náason princeps tribus Juda : sicut

in Númeris lémigimus, Jesse autem génuit David regem. Regem dicit David, non quod ipse solus in ista genealógia regum fúerit pósitus, cum ab ipso usque ad transmigratiómem Babylónis, qui scribúntur plures regnavérunt : sed quia David primus de tribu Juda rex fuit, per quem ordo decúrrit genealógie. David autem rex génuit Salomónem, ex ea que fuit

Uríe. Quéritur cum tres relíque extránee muliéres nomínibus própriis sint pósite, cur sola non nominétur Bersabée, sed hoc solum dícitur, quod uxor fuit Uríe. Igitur hoc ídeo putátur factum, quia tres álie suprascrípte licet críminos se fúerint : in pártibus tamen filiórū per quos currit genealógia, non solum non culpári : sed étiam laudári meruérunt. Hec vero adultério simul et homicídio perpetráto, David regi génuit filium in tam culpábili conjúgio : ut mérito in [134v.] Salvatóris genealógia videátur non nomináta. Nomen vero viri ejus, id est Uríe, quasi justi hóminis pónitur : ut ex hoc étiam scéleris immánitas memorétur, dum uxóris causa occísus in memóriam revocátur. Mýstice

autem David Christum signíficat : qui interpretátur manu fortis et desiderábilis. Et quid fórtius leóne, qui vicit de tribu Juda radix David ? Quómodo vero sit desiderábilis : Scriptúra osténdit dicens, Ecce véniet desiderátus cunctis géntibus. Et Petrus ait, In quem et desíderant ángeli prospícere. Urías vero qui interpretátur lux mea Dei, signíficat dyábolum qui transfigurat sc in ángelum lucis : audens Deo dícere, Lux mea Dei : et ero símilis Altíssimo. Hujus erant péssimo conjúgio delegáti omnes quos grátia Dei líberat : ut ecclésia sine mácula et ruga Salvatóri, próprio Sponso copulétur. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>127</sup>

*R. Regáli ex progénie. {1301}.*

### *Ad laudes.*

*Ant. Sancta María. {1276}.*

*Ps. Benedíctus. 68\*.*

*Oratio ut supra. {1280}.*

### *Ad vesperas.*

*Ant. Sub tuam protectiónem. {1276}.*

*Ps. Magníficat. 60\*.*

*Oratio ut supra. {1280}.*

*Memoria fiat de martyribus Protho et Jacincto cum ant. Gaudent in celis. [748]. V.*  
*Letámini in Dómino. [748]. cum hac oratione.*

*Oratio.*

**B**Eatórum mártýrum tuórum  
Prothi et Jacíncti nos quésumus  
Dómine fóveat preciosa conféssio : et | pia júgiter intercéssio tueátur. Per  
Christum.

**I** Die quarta.

*Ad matutinas.*

*X.* Speciosa facta es. {481}.

*R.* Beáta progénies. {1296}.

*R.* Corde et ánimo. {1297}.

*R.* Natívitas est hódie. {1301}.

*Hac die et ceteris diebus sequentibus infra octavas dicantur antiphone de nocturnis : videlicet ant. Hódie nata est. ut supra in primo nocturno, {1281}. et alie antiphone que sequuntur super ps. Benedíctus. et Magníficat. nisi in dominica.*

*Memoria fiat de martyribus Protho et Jacinto cum oratione ut supra.*

*Sequentibus vero diebus infra octavas servetur ordo de *X.* et responsoriis ad matutinas qui in precedentibus tribus diebus, si dies dominicus non intervenerit.*

*Si vero dies dominicus infra octavas ante festum exaltationis sancte crucis contigerit totum fiat servitium de sancta Maria hoc modo.*

**[I] Ad primas vespertas.]<sup>128</sup>**

*Ant.* Natívitas est hódie. {1294}.

*Ps.* Dicit Dóminus. (cix.) et ceteri psalmi. [311].

*Capitulum.* Ego quasi vitis. {1277}.

*Non dicatur R.*

*Hymnus.* Ave maris stella. [405]. [*Idem cantus dicatur super hunc hymnum ad utrasque vespertas in dominica infra octavas <et in octavis> sicut in prima die.*]<sup>129</sup>

*X.* Sancta Dei génitrix [virgo semper María

*R.* Intercéde pro nobis ad Dóminum Deum nostrum].<sup>130</sup>

*Ant.* Natívitas tua. {1279}.

[*Ps. Magnificat.*]<sup>131</sup> 53\*.

*Oratio. Supplicatiōnem [servōrum].*<sup>132</sup> {1280}.

*Memoria fiat de dominica et de Trinitate et processio ante crucem.*

**C** In redeundo dicitur de omnibus sanctis, ut supra in festo assumptionis beate Marie dictum est : nisi aliqua dominica omnino differatur.

**C** Ad matutinas tota dicatur hystoria sicut in j. die absque ix. responsorio Solem justicie. et absque responsorio Stirps Jesse. Nonum [autem]<sup>133</sup> Rx. sit Ad nutum. {1292}. et tunc in loco responsiorum Stirps Jesse. et Ad nutum Dómini. dicantur duo responsoria ferialia, suo ordine. {1300}.

*Lectio prima.*<sup>134</sup>

**A** Braham interpretátur pater multárum géntium : vel pater videns pópulum. Quem significat hoc nómine, nisi illum de quo sibi ita promíssum est ? In sémine inquit tuo benedicéntur omnes gentes et cognatiónes terre. Et Esáyas ait, Si posúerit pro peccáto

ánimam suam, vidébit semen longévum : et volúntas Dómini in manu ejus dirigétur. Et item, Tu inquit Dómine Pater noster Redémptor noster : a século nomen tuum. Abraham nescívit nos : et Israel ignorávit nos.

*Lectio ij.*

**D** Uómodo autem Abraham actu significáverit Salvatórem : testátur illud quod Dómini precépto exívit de terra sua, et de cognatióne sua, ut apud éxteros locupletarétur, et esset in gentem magnam. Quod nunc cérnimus veráciter implétum, cum Christus relícta terra et cognatióne Judeórum, prepóllet ut vidémus in pópulis géntium. Et illud quod

Abrabam cum trecéntis decem et octo vernáculis suis quinque reges debellávit, ac Loth liberávit : quid áliud significat, quam quod Christus per crucem, quam exprímít Thau líttera, trecéntos número cótinens, a dominátu carnális sensus qui nos ántea váriis víciis captivátos exuperáverat, liberávit.

*Lectio iiij.*

**I**saac quoque qui interpretatur risus vel gáudium : significat illud de quo dixit ad pastóres ángelus, Annúncio vobis gáudium magnum : quod erit omni pôpulo. Et ipsa Véritas suis discípulis ait, Iterum [135r.] vidébo vos et gaudébit cor vestrum : et gáudium vestrum nemo tollet a vobis. Et íterum,<sup>135</sup> Pétite (inquit) et accipiéitis : ut gáudium vestrum plenum sit. Quómodo vero áctibus suis Ysaac significet Christum, lon-

gum est per totum enumeráre : cum pene omnes actus ejus quos Scriptúra narrat, convéniant mystério ad Christum. Ut est illud, quod mac-tándus ipse ad aram portáverat ligna : sicut Christus passiónis sue crucem próprio gestávit córpore. Et quod in typo ecclésie Rebéccam duxit uxórem, que geméllos ei péperit : sicut Christo ecclésia per baptísmi fontem parit duos pôpulos.

*Lectio iiiij.*

**J**acob qui interpretatur supplan-tátor vel supplántans : significat eum de quo dicit Psalmista, Sup-plantásti omnes insurgéntes in me, subtus me. Hic quidem in erectióne et unctióne lápidis et in somno suo : significat passiónem Christi et resurrectiónem ejus quem unxit Deus

óleo letície pre particípibus suis. Bethel quippe ubi Jacob visónem vidit : significat ecclésiam que vere est domus Dei, quia domus est panis qui do celo descéndit, et porta celi, quia ibi Fílius Dei in terram descéndit, et hómines sancti ad celum ascéndunt. Tu autem.

*Lectio v.*

**J**udas cónfitens vel gloríficans, interpretatur : et significat illum qui in Evangélio dicit, Confiteor tibi Pater Dómine celi et terre. Et Psalmista ait, Gloriósus Deus in sanctis suis : hoc est Christus in membris suis. Phares divísio sive divísus : demónstrat eum qui in Evangélio dicit, Cum vénerit Fílius

hóminis in sede majestatis sue et omnes ángeli cum eo, tunc sedébit super sedem majestatis sue, et congregabúntur ante eum omnes gentes : et separábit eos ab ívicem, sicut pastor ségregat oves ab hedis. Et réliqua. Et Apóstolus, Vivus est inquit sermo Dei et éfficax : et penetrabílitor omni gládio ancípiti, et

pertíngens ad divisióne ánime et spíritus, compágum quoque et me-

dullárum, et discrétor cogitatiónum.

*Lectio vj.*

**Z**Arام<sup>136</sup> óriens sive ortus interpretátur. Et Zacharías ait, Visitávit nos óriens ex alto. Et alibi scriptum est, Ecce vir, óriens nomen ejus. Esrom sagittam videns, vel átrium ejus : dénotat ipsum de quo dicitur, Sagitte poténtis acúte. Sa-

gitte Christi sunt precépta evangélii : vel vindicántis judícia. Atrium vero signíficat abundántiam grátie et latitudinem charitatis : per quam omnes ívitans ad se, ipsa<sup>137</sup> Véritas ait, Veníte ad me omnes qui laborátis et oneráti estis : et ego reficiam vos.

*Secundum Lucam xj.*

**I**N illo témpore, Loquénte Jesu ad turbas, extóllens vocem quedam muller de turba dixit illi, Beatus venter qui te portávit, et ubera que suxisti. Et réliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri.*

[*Super Lucam, Libro iv. cap. 48.*]<sup>138</sup>

**A**gne devotiónis et fidei hec muller osténditur, que scribis et phariséis Dóminum tentántibus simul et blasphemántibus, tanta ejus incarnationem pre ómnibus sinceritáte cognóscit, tanta fidúcia confítetur ut et preséntium [prócerum]<sup>139</sup> pró-

[27, 28.] [*Lectio vij.*]

vocet calúmniā, et futurórum confundat hereticórum perfidiam. Nam sicut tunc Judéi Spiritussáncti ópera blasphemando : verum consubstantialémque Patri Dei Fílium negábant : sic herétici negándo Maríam semper Vírginem, Spiritus-sáncti operante virtute, nascitúro ex humánis membris Unigénito Deo, carnis sue matériam ministrásse, verum consubstantialémque Matri Fílium hóminis fáteri non debére dixerunt.

*Lectio viij.*

**S**i caro Verbi Dei secúndum carnem nascéntis, a carne Vírginis Matris pronunciátur extránea : sine causa venter qui eum portáasset, et ubéraque lactássent beatificántur. Qua enim consequéntia ejus lacte

credátur nútritus, cujus sémine negátur esse concéptus, cum ex unius ejusdémque fontis origine secúndum phýsicos, utérque liquor emanáre probétur, nisi forte putánda est sementívam sue carnis matériam,

nutriéndo in carne Dei Fílio suggérere potuísse, incarnándo autem quasi majóri et inusitáto miráculo míname potuísse ? Sed huic opinióni obstat Apóstolus dicens : quia misit Deus Fílium suum, factum ex muliére, factum sub lege. Non sunt audiéndi qui legéndum putant natum ex

muliére, factum sub lege, sed factum ex muliére : qui in útero Virgináli carnem non de níchilo, non aliúnde sed matérra traxit ex carne. Alíoquin nec vere Fílius hóminis dicerétur : qui oríginem non habéret de hómine. Tu autem.

*Lectio ix.*

[135v.]

**F**T nos ígitur contra Euticem bis dictis attollámus<sup>140</sup> vocem cum ecclésia cathólica, cujus hec mulier typum gessit : extollámus et mentem de médio turbárum, dicamúsque Salvatóri, Beátus venter qui te portávit : et úbera que suxísti. Vere enim beáta Parens que, sicut quidam ait, Eníxa est puérpera Regem :<sup>141</sup> qui celum terrámque tenet per sécula, cujus numen et etérno compléctens ómnia gyro, impérium sine fine manet, que ventre beáto : gáudia matris habens cum virginitátis honóre, nec primam símilem visa est nec habére sequéntem. At ille dixit, Quinímmo, beáti qui áudiunt verbum Dei : et custódiunt illud. Pulchre

Salvátor attestatióni mulíeris ánnuit, non eam tantúmmodo que corporáliter Verbum Dei generáre merúerat : sed et omnes qui fidei verbum spirituáliter audítum fide concípere, et boni óperis custódia, vel in suo vel in proximórum corde párere et quasi álere studúerint, asséverans esse beátos.<sup>142</sup> Quia et eádem Dei Génitrix inde quidem beáta, quia Verbi incarnándi minístra facta est temporális : sed inde multo beátior quia ejúsdem semper amándi custos manébat etérna. Qua senténtia sapiéntes Judeórum clam percútít : qui verbum Dei non audíre et custódire, sed negáre et blasphemáve querébant.

*Lectio ad j.*<sup>143</sup>

**A**Ram eléctus sive excélsus dícitur. Et prophéta ex persona Patris ad Fílium lóquitur, Ecce puer meus eléctus meus, dedi Spíritum

meum super ipsum. Quis est iste puer eléctus nisi qui a puerícia reprobávit malum, et éligit quod bonum est ? Psalmista quoque ait,

Excélsus super omnes gentes Dóminus. Et réliqua. Amínadab autem qui interpretátur pópulus meus voluntárius : signíficat eum qui dixit, Nemo tollit a me ánimam meam : sed ego pono eam et íterum sumo eam. Iste vero caput est ístius pópuli : ex cuius persóna psalmísta lóquitur Dómino dicens, Voluntárie sacrificábo tibi : et confitébor nómini tuo Dómine quóniam bonum est. Náason serpentínus vel augúrium : figúrat eum qui in Evangélío dixit, Sicut Móyses exaltávit serpéntem in desérto : ita exaltári opórtet Fílium hóminis. Augúrium ergo hic : pro vaticínio vel revelatione intelligi debet. Cujus vaticínium in tria prophétie témpora respicit. In pretéritum ut est : Vedit

Abraham diem meum et gavísus est. In presens ut est : Quid cogitátis in córdibus vestris ? In futúrum, ut hoc est : Erunt enim sicut ángeli Dei in celo. Et illud, Sóluite templum hoc : et in tribus diébus excitábo illud. Salmon qui interpretátur sensus vel sensíbilis, non inconveniénter Chris-tum signíficat : quem apóstolus dixit Dei virtútem, et Dei sapiéntiam esse. Qui bene sensíbilis dícitur. Nam in Evangélío légitur dixisse, Tétigit me áliquis : nam ego sensi de me virtútem exísse. Et íterum, Quid cogitátis mala in córdibus vestris ? Vere sensíbilis : qui cogitáta ut facta et futúra ut preséntia cernit, sicut de eo scríbitur, Qui fecit que ventúra sunt.

¶ *In laudibus dicatur hec sola ant. Natívitas est hódie. j. de laudibus. {1302}. Ps. Dóminus regnávit. (xcij.) [45]. Capitulum et cetera omnia sicut in prima die dicantur.*

¶ *Ad primam et ad alias horas omnia fiunt sicut infra octavas. {1323}.*

¶ *Ad secundas vesperas omnia fiant sicut in prima die preter responsorium quod non dicetur cum hymno Ave maris stella. {405}.*

*Deinceps [vero]<sup>144</sup> non servetur ordo dierum in V. et R. [ad matutinas dicendis et in lectionis legendis necnon in antiphonis super Benedíctus. et Magníficat. cantandis :]<sup>145</sup> sed supradictus ordo versicularum, lectionum, responsiorum et antiphonarum servetur in sequentibus diebus infra octavas. Ita tamen quod in die lune semper dicantur versus et R. de j. nocturno hystorie.*

## I Die v.

### Lectio j.

**G**ooz qui in quo robur vel in ipso fortitudo vel ipse in fortitudine interpretatur : apte ad Christum transférri potest, quia ipse est bráchium Dómini, de quo Prophéta dicit, Ecce Dóminus in fortitudine véniet : et bráchium ejus dominabitur. Et ipse de se in Evangéllo ait, Ego si exaltátus fúero a terra : ómnia traham ad meípsum. Omnis enim virtus hóminis in morte déficit. Verbum quoque quod caro factum est : de infirmitate fórtius, de morte vivácius, de humilitate excélsius factum est. Obeth id est sérviens : signíficat eum qui de semetípso ait, Fílius hóminis non venit ministrári : sed ministráre. Et Apóstolus, Qui [136r.] cum in forma Dei esset, non rapinam

arbitrárus est esse se equálem Deo : sed semetípsum exinanívit formam servi accípiens, in similitúdinem hóminum factus, et hábitu invéntus ut homo. Jesse interpretátur libámen ínsule. Ínsule ecclésie sunt de géntibus : que in mari istiis mundi pósiti, tundúntur quotídie persecutiónum éstibus. De quibus ínsulis Esáyas dicit, In doctrínis glorificáte Deum : in ínsulis maris nomen Dómini Dei Israel.<sup>146</sup> Ínsule ergo libamen sacrificium est corporis et sanguinis Dómini : quod quotídie sancta ecclésia cum votis et láudibus offérre solet, commemoratiónem digne agens passiónis et resurrectiónis Domínice. Tu autem [Dómine misérere nostri].<sup>147</sup>

### Lectio ij.

**D**avid desiderabilis vel fortis manu : nulli dúbium quin Christum signíficet, de quo Psalmista ait, Speciosus forma pre filiis hóminum. Et íterum, Dóminus inquit fortis : Dóminus potens in prélio. Cujus gesta quómodo Domínica facta signíficent : tractatóres sanctárum Scripturárum sufficiénter expónunt. Sálomon quoque rex et

filius regis qui interpretátus Latíne, sonat pacíficus vel pacátus erit : dénotat illum de quo Prophéta precátor<sup>148</sup> dicens, Deus judícium tuum regi da : et justítiam tuam filio regis. Et paulo post, Oriétur inquit in diébus ejus justícia et abundántia pacis, donec extollátur luna : et dominabitur a mari usque ad mare et a flúmine usque ad térmilos terre.

Quod autem gesta plúrima Salomónis,  
et máxime quod templum Dómino  
cum omni stúdio et diligéntia

edificávit, figúram Salvatóris nostri et  
ecclésie téneant : non est ignótum.

*Lectio iij.*

**R**oboam ímpetus pópuli mei  
interpretárur : et signíficat  
velócem convéntum populórum ad  
fidem Christi post incarnatióne  
ejus. Quod Prophéta in spíritu pré-  
videns ait, Omnes gentes quascúnque  
fecísti vénient et adorábunt coram te  
Dómine : et honorificábunt nomen  
tuum. Abía in nostra lingua con-  
vértitur, Pater Dóminus : ostendítque  
illum de quo Prophéta ait, Párvulus  
natus est nobis, et Fílius datus est  
nobis : et factus est principátus super  
húmerum ejus et vocábitur nomen  
ejus admirábilis, consiliárius, Deus  
fortis, pater futúri séculi, princeps  
pacis. Et réliqua. Aza, tollens sive  
attóllens : signíficat eum de quo

Johánnes dicit, Ecce Agnus Dei : ecce  
qui tollit peccáta mundi. Et prophéta  
Ezéchiel ex persóna Dómini de  
convocatióne géntium loquens, ait,  
Tollam vos de géntibus, et  
congregábo vos de univérsis terris, et  
indúcám vos in terram vestram : ait  
Dóminus Deus. Jósaphat ipse júdi-  
cans, sed mélius Dóminus judicábit :  
interpretári potest. Quod illi máxime  
convénit : de quo scriptum est,  
Parávit in judício sedem suam : et  
ipse judicábit orbem terre in equitáte.  
Et item, Dóminus judicábit fines  
terre. Et ipsa Véritas de se ait, Pater  
non júdicat quemquam : sed omne  
judícium dedit Fílio. Tu.

*Lectio ad j.<sup>149</sup>*

**J**oram qui ubi est excélsus, aut qui  
est excélsus, sed mélius sub-  
límitas, quem signíficat nisi ipsum, de  
quo ait Esáyas ? Hec dicit excélsus et  
sublímis hábitans in eternitaté, et  
sanctum nomen ejus in excélsso et in  
sancto hábitans, et cum contríto et  
húmili spíritu : ut vivíficet spíritum  
humílium et cor contrítorum. Et

psalmísta ait, Quis sicut Dóminus  
Deus noster qui in altis hábitat,  
humilia réspicit in celo et in terra ?  
Et ipse Dóminus in evangelio ait,  
Nemo ascéndit in celum, nisi qui  
descéndit de celo : Fílius hominis qui  
est in celo. Ozías id est robústus Dó-  
mini, vel fortitúdo Dómini, ille est :  
de quo ipse Salvátor in evangélio ait,

Cum fortis armátus custódit átrium suum : in pace sunt ómnia que pòssidet. Si autem fórtior illo supervéniens vícerit illum : univérsa arma ejus áuferet in quibus confidébat, et spólia ejus distríbuet. Ipse quippe príncipem hujus mundi ejécit foras : quia déxtera Dómini fecit virtútem, et fortítudo et laudátió nostra Dóminus factus est nobis in salútem. Jóatham vero consummátus vel perféctus : signíficat illum de quo dicit apóstolus, Consummátus factus est ómnibus optemperántibus sibi causa salútis

etérne. Et ipse in evangélio ait, Non est discípulus super magístrum. Perféctus autem omnis erit : si sit sicut magíster ejus. Achaz autem id est cóntinens sive comprehéndens : illo veráciter est qui dicit, Omnia que habet Pater : mea sunt. Et item, Data est inquit michi omnis potéstas in celo et in terra. Ipse quippe est manus Dei, ómnia cóntinens : de qua dicit prophéta, Celum palmo métitur : et terram pugíllo conclúdit. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>150</sup> [136v.]

## ¶ Sexta die.

### Lectio prima.

**E**zechías, confórtans Dóminus, vel fortítudo Dómini interpretáatur, illum demónstrans : qui discípulis suis ait, In mundo pressúram habébitis : sed confidite quia ego vici mundum. Et secúndum Daniélem, Lapis abscísus de monte sine mánibus : commínuit testam, ferrum, es, argéntum et aurum. Manásses obliviósus, ejus typum nómine tenet : ex cuius

persóna Ezéchiel prophéta dixit, Si autem ímpius égerit peniténtiam ab ómnibus peccátis suis que operátus est, et custodíerit univérsa precépta mea, et fécerit judícium et justícam : vita vivet, et non moriétur. Omníum peccatórum ejus non recordábor. Et in Evangélio ipse ad paralýticum ait, Confide fili : remittúntur tibi peccáta tua.

### Lectio ij.

**A**Mon, quod fidélis sive nutrícius sit : osténdit ipsum qui dicit ad urbem peccatrícem, Hierúsalem Hie-

rúsalem inquit que occídís prophétas : et lápidas eos qui ad te missi sunt. Quótiens vólui congregáre filios tuos

quemádmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas : et noluisti ? Josias qui interpretatur ubi est incénum Dómini, vel Dómini salus, vel in quo est, illum significat de quo in Evangélio scriptum est, Fugit in

montem solus oráre. Et item de eo dicit, Factus in agónia prolíxius orábat. Quod vero incénum oratióne signíficet : Psalmista testátur dicens, Dirigátur oráto mea : sicut incénum in conspéctu tuo. Tu.

*Lectio ij.*

**D**uis autem sit Dómini salus : Esáyas ex persona Dómini loquens osténdit dicens, Terra sicut vestiméntum atterétur, et habitatóres ejus sicut hec interíbunt : salus autem mea in sempitérnum erit. Ille est útique qui, ángelo teste, salvum fáciet pópulum suum a peccátis eórum. Jecónias prepárans sive preparáto Dei, illum significat : de quo Esáyas ait, In

novíssimis diébus erit preparátus mons domus Dómini in vértice móntium, et elevábitur super colles : et cónfluent ad eum omnes gentes. Et ipse in Evangélio discípulis ait, Si abiero et preparávero vobis locum : íterum véniam et accérsiam vos ad méipsum, ut ubi ego sum et vos sitis. Tu autem.

*Lectio ad j.<sup>151</sup>*

**A**tham donum vel donans sive donátus Latíne sonat : et Christum in hoc signíficat. Nam ille dícitur donum quia grácia et véritas per Jesum Christum facta est. Et ipse de se in Evangélio dicit, Sic enim Deus diléxit mundum : ut Fílium suum unigénitum daret. Donans quasi Deus, Ecce inquit dedi vobis potestátem calcándi super scorpiones : et super omnem virtútem inimíci. Donátus : quasi homo, Ecce ego

inquit et púeri mei quos michi dedit Deus. Joseph appósuit sive appónens, illum nimírum demónstrat : qui de fidélibus suis ait, Ego veni ut vitam hábeant : et abundántius hábeant. Et item, Ego (inquit) sum pastor bonus : et cognósco oves meas, et cognoscunt me mee. Et paulo post ita subjúngit, Et álias oves hábeo : que non sunt ex hoc óvili : et illas opórtet me addúcere, et vocem meam áudient, et fiet unum óvile, et unus pastor.

In festo exaltationis sancte crucis.

---



¶ *In festo exaltationis sancte crucis.*

(xiv. Septemb.)

*Ad primas vespertas.*


*Super psalmos ant. Dulce lignum. et dicatur sine Alleluya.*

AS:422; 1519-S:69r; 1520-S:114r; 1531-S:47v.

2432. Ant.  
I.iv.

**Q** Ulce lignum \* dulces cla-vos, dulce pondus sustí-  
nu- it : que mé-ru- it portá-re pré-ci- um hu-jus sé-cu-li.

In festo exaltationis sancte crucis.



S. A. E.

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.<sup>152</sup>*

**A**ichi autem [absit gloriári nisi in  
cruce Dómini nostri Jesu Christi, per quem michi mundus  
crucifixus est : et ego mundo.]<sup>153</sup>

AS:423; 1519-S:69r; 1520-S:114r; 1531-S:47v.

Resp.

I.



7267.

crux \* ví-ri-de lig-num qui- a su- per te pe-pén-

dit Sal-vá-tor Rex Is-ra-el. O quam dul-ce

lig- num quam dul-ces cla- vos quam dólci- a fe-rens

pónde-ra. O quam pre-ci- ó-sum lig-num quam pre-ci-

ó-sa gemma. †Que Chris- tum mé-ru- it susti-né- re.

In festo exaltationis sancte crucis.

7267b.


XVI. Custó- di Dómi-ne gre- gem tu- um, quem re-de-  
mís-ti per lignum sancte cru- cis. †Que. XVI. Gló-ri- a  
Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí- tu- i Sanc-to. †Que.  
*et dicitur sine Allelúya. et sine prosa.*

HS:150v; 1519-S:70r; 1520-S:114v; 1531-S:47v.<sup>154</sup>


Hymn.  
I.

Mplé-ta sunt que cón-ci-nit, \* Da-vid fi-dé- lis  
cármí-ne : Di-céndo na- ti- ó-ni-bus, Regná- vit a ligno  
De- us. 2. Arbor de-có- ra et fúl-gi-da, Orná-ta Re- gis  
púrpura : E-lécta digno stí- pi-te, Tam sanc-ta membra


In festo exaltationis sancte crucis.




tánge-re. 3. Be- á-ta cu- jus brá-chi- is, Pré-ci- um pe-pén-




dit sé-cu- li : Stá-te-ra fac-ta est córpo-ris, Pre-dámque




tu- lit tárta- ris. 4. O crux a-ve spes ú- ni-ca, Hoc inventi- [137r.]




ó- nis témpo-re : Auge pi- is justí- ci- am, Reg-ís-que



do- na vé-ni- am. 5. Te summa De- us Trí- ni-tas, Col-láu-



det omnis spí-ri- tus : Quos per cru-cis mysté- ri- um,



Salvas re-ge per sé-cu- la. Amen.

V. Hoc signum crucis [erit in celo.

R. Cum Dóminus ad judicándum vénerit].<sup>155</sup> et dicitur hic responsio sine Allelúya.

In festo exaltationis sancte crucis.

AS:424; 1519-S:70r; 1520-S:114v; 1531-S:47v.<sup>156</sup>

4016.  
Ant.  
I.v.

crux \* be-ne- díc- ta que so-la fu-  
ís- ti dig-na portá- re Re-gem ce-ló- rum et  
Dó-mi-num al-le- lú- ya. *Ps. Magníficat. 53\*.*  
*et dicitur cum Allelúa.*

*Require hec omnia in festo inventionis sancte crucis. [ijj. Maii.]*

*Oratio.*

**D**eus qui unigéniti Filii tui  
Dómini nostri Jesu Christi  
precióso sanguine humánum genus  
redímere dignátus es : concéde pro-

pícius, ut qui ad adorándam vivíficam  
crucem advéniant, a peccatórum  
suórum néxibus liberéntur. Per  
eúndem.

*Memoria fiat de martyribus Cornelio et Cypriano [solemniter],<sup>157</sup> cum ant. Gaudent  
in celis. [748]. V. Letámini in Dómino. [748].*

*Oratio.*

**P**Resta quésumus omnípotens  
Deus : ut sicut póplus Christi-  
ánus ad sanctórum sacerdótum tu-  
órum Cornélíi et Cypriáni tem-

porálem concúrrit solennitátem,<sup>158</sup> ita  
perfruáatur etérna, et quod votis  
célebrat, pio comprehéndat affectu.  
Per Christum.<sup>159</sup>

*Tunc eat processio ante crucem cantando et finiatur cum Allelúa.*

In festo exaltationis sancte crucis.

AS:424; 1519-S:70v; 1520-S:115r; 1531-S:47v.

Ant.  
III.i.

4018.

crux \* glo- ri- ó- sa, o crux a-do-ránda,  
o lignum pre-ci- ó- sum et admi-rá- bi- le  
sig-num, per quod et dy- á- bo- lus est  
vic-tus et mundus Chris- ti sán- guí- ne re-démp tus  
*et finiatur cum*  
al-le- lú- ya.

*V.* Dícite in natíónibus.

[*R.* Quia Dóminus regnávit a ligno.]<sup>160</sup> *Responsorium dicitur sine Allelúya.*

*Oratio.*

**D** Eus qui pro nobis Fílium [tuum  
crucis patíbulum subíre voluísti  
ut inimíci a nobis expélleres potes-| tátēm : concéde nobis fámulis tuis, ut  
in resurrectiōnis ejus gáudiis semper  
vivámus. Per éundem].<sup>161</sup>

*Require hec omnia que hic deficiunt ad vesperas et ad processionem in festo inventionis  
sancte crucis : nullum tamen *R.* ad vesperas neque ad matutinas dicitur cum Allelúya.*

*In revertendo de sancta Maria dicatur hec ant. Beata Dei génitrix. [937]. ¶ Elégit eam [Deus].<sup>162</sup> [579]. cum oratione Supplicátiōnem servórum tuórum. [ut supra in Nativitas.] {1280}.*

*Si hoc festum in dominica contigerit<sup>163</sup> : ad utrasque vespertas et ad matutinas dum dicitur primum Benedicámus. fiat memoria sub silentio de dominica cum missa in capitulo in crastino : fiat etiam memoria sub silentio de Trinitate ad predictas primas vespertas et ad matutinas et solennis memoria de martyribus ad ipsas primas vespertas, deinde eat processio ante crucem sicut supradictum est : eodem modo fiat scilicet tam de dominicali memoria quam de martyribus quando in secunda feria hoc festum contigerit.*

*Vespere [et matutine]<sup>164</sup> de sancta Maria extra chorū dicantur : sicut in predictis feriis infra octavas sine aliqua memoria tam ad vespertas quam ad matutinas.*

**C** Notandum est quod quando festum exaltationis sancte crucis in secunda feria contigerit : tunc in dominica precedendi ad vespertas de sancta Maria dicitur super psalmum Magnificat. ant. Glorióse vírginis. {1309}.

*Si autem in dominica contigerit tunc in sabbato ad vespertas de sancta Maria dicitur super psalmum Magnificat. ant. Nativitas tua. {1279}. et ad matutinas super psalmum Benédictus. ant. Nativitátem hodiérnam. {1306}. Alias autem semper dicitur una antiphona de nocturnis suo ordine.*

[ **C** Ad completorium de die omnia fiant sicut in festo sancte Trinitatis.]<sup>165</sup>

*Completorium similiter extra chorū dicitur de sancta Maria sicut extra octavas, cum hac antiphona super psalmos Beáta mater. {1280}.*

*Ps. Usquequo. (xij.) [22].*

*Ps. Júdica me. (xxv.) [96].*

*Ps. Sepe expugnavérunt. (cxxviiij.) [332].*

*Ps. Dómine non est exaltátum. (cxxxi.) [334].*

*Capitulum.*

**S**icut cynamónum [et bálsamum | mirra élæcta dedi suavitátem aromátizans odórem dedi : quasi | odoris].<sup>166</sup>

*Hymnis. Virgo singuláris. [ut supra in nativitas.]<sup>167</sup> [{406}. stanzas 5-7.]*

*V.* Elégit eam [Deus et preelégit eam].<sup>168</sup>  
*[R.* Habitáre eam fecit in tabernáculo suo].<sup>169</sup>

*Ant.* Glorificámus [\* te Dei génitrix : quia ex te natus est Christus : salva omnes qui te glorificant.]<sup>170</sup> 2952.

*Ps.* Nunc dimíttis. [367].

*Oratio.*

**C**Oncéde quésumus misericors Deus [fragilitati nostre presídium : ut qui sancte Dei genitricis et

vírginis Maríe memóriam ágimus, intercessiónis ejus auxílio a nostris iniquitatibus resurgámus. Per].<sup>171</sup>

**C** Ad matutinas vero de sancta Maria extra chorum dicendum hoc modo fiat servitium, Invitatorium, hymnus, antiphone et psalmi sicut infra octavas dicuntur.

*Lectiones in feriis extra octavas*<sup>172</sup> videlicet lectio j. Sancta María virgo vírginum. [478]. [Lectio ij. Sancta María piárum piíssima. [478]. Lectio iij. Sancta Dei génitrix. [479].] cum *V.* et *R.* secundum ordinem nocturnorum sicut infra octavas.

[**C** In laudibus omnia fiant sicut infra octavas preter antiphonam super Benedictus. quod erit secundum ordinem nocturnorum].<sup>174</sup>

**C** Ad primam et ad alias horas omnia fiant sicut infra octavas cum hymnis et psalmis sicut extra octavas.

[*Hymnus.* Meménto salútis auctor,<sup>175</sup>  
Quod nostri quondam córporis :  
Ex illibáta Vírgine,  
Nascéndo formam súmpseris.  
María plena grátie,  
Mater misericórdie :  
Tu nos ab hoste prótege,  
In hora mortis súscipe.  
Glória tibi, Dómine,  
Qui natus es de vírgine :  
Cum Patre et Sancto Spíritu,

8277b.

In festo exaltationis sancte crucis.

---

In sempiterna sécula. Amen.

*Ant.* Natívitatis est hódie. {1302}.

*Ps.* Deus in nómine. (*ljj.*) [95].

*Ps.* Laudáte Dóminum omnes gentes. (*cviij.*) [320].

*Ps.* Confitémini. (*cviij.*) [95].]<sup>176</sup>

*Tamen ad j. dicitur [capitulum In ómnibus réquiem.]*<sup>177</sup> [501].

6155. *Responsorium.* Ave María [grátia plena. †Dóminus tecum.

6155z. *XV.* Benedícta tu in muliéribus et benedíctus fructus ventris tui.

†Dóminus tecum.

*XV.* Glória Patri et Fílio : et Spirítui Sancto. Ave María.]<sup>178</sup>

[*XV.*] Sancta Dei génitrix. [485].

*Oratio.* Supplicatióne servórum tuórum. {1280}. *sic concludendo orationem ad vesperas, matutinas, ad primam, iij. vj. et ix.* Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum. Qui tecum.

[**C** *Ad iij. Hymn.*<sup>179</sup> Meménto salútis. {1345}. *Ant.* Natívitatis glorióse. {1303}. *Ps.* Ad Dóminum cum tribulárer. (*cixix.*) [321]. *et ceteri psalmi sicut extra octavas.* *Capitulum* Ego quasi vitis. {1277}. *R.* Sancta Dei génitrix. {1307}. *XV.* Post partum. [188]. *Oratio.* Supplicatióne servórum. {1280}. *Et sic ad alias horas dicantur antiphone, capitulum, responsoria versiculi et oratione de nativitas cum hymno et propriis sicut extra octavas.* *Tamen at primam capitulum In ómnibus réquiem.* [501]. *R.* Ave María. [*ut supra.*] *Versiculi* Sancta Dei génitrix. [485]. *Oratio* Supplicatióne servórum tuórum.]<sup>180</sup> {1280}.

**C** *Ad completorium de die omnia fiant sicut in festo sancte Trinitatis.* [397].

**C** *Ad matutinas.*

AS:531; 1520-S:116r; 1531-S:137r.<sup>181</sup>

Invit.  
IV.v.  
sar0160.



E-gem \* Dó-mi-num qui per cru- cis mysté-

In festo exaltationis sancte crucis.



ri- um ré-de-mit mundum. †Ve-ni-te a- do-rémus.



Ps. Ve-ní-te. 24\*.

HS:43r; 1519:180r; 1520-S:116r; 1531-S:47v.

Hymn.

III.


8367.



Ange lingua glo-ri- ó-si, \* pré-li- um certámi-nis :



Et su-per cru-cis tróphe- um, dic tri- úmphum nó-bi-lem :




Quá-li-ter Re-démp-tor orbis, immo-lá-tus ví-ce-rit.



2. De pa-réntis prothoplásti, fraude facta cóndo-lens : Quan-



do pomi no-xi- á-lis, morte morsu córru- it : Ipse lignum



tunc no-tá-vit, damna ligni ut sólve-ret. 3. Hoc opus nos-

In festo exaltationis sancte crucis.

tre sa-lú-tis, ordo depopósce-rat, Mul-ti-fórmis pro-di-  
tó-ris, ars ut artem fál-le-ret : Et me-dé-lam ferret inde,  
hostis unde lé-se-rat. 4. Quando ve-nit ergo sacri, ple-ni-tú-  
do témpo-ris : Missus est ab arce Pa-tris, Na-tus orbis Cón-  
di-tor : Atque ventre Virgi-ná-li, ca-ro factus pró-di- it.  
5. Gló-ri- a et honor De-o, úsquequo al-tíssimo : Una  
Pa-tri Fi-li- óque, íncly-to Pa-rá-cli-to : Cu-i laus est et  
po-téstas, per e-térna sé-cu-la. A-men.

In festo exaltationis sancte crucis.

**I** In j. nocturno.

AS:425, 531; [1519-S:71r;] 1520-S:116r; 1531-S:47v, 137r.<sup>182</sup>

1. Ant.

I.i.



- do-rá-mus \* te Christe et be-ne-dí-cimus

1267.

ti- bi : qui- a per cru-cem tu- am re-demís-ti mundum.

Ps. Dómine Dóminus noster. (vij.) [17].

AS:304, 531; 1520-S:116r; 1531-S:137r.

2. Ant.

I.v.



Er signum \* cru-cis de i-nimí-cis nostris lí-be-

4264.

ra nos De-us noster. Ps. Dómine in virtúte. (xx.) [38].

AS:305, 531; 1520-S:116v; 1531-S:137r.

3. Ant.

VII.ii.



Os au-tem \* glo-ri- á-ri opórtet in cru-ce Dómi-

3953.

ni nostri Je-su Chris-ti. Ps. Dómini est terra. (xxij.) [93].

*V.* Hoc signum crucis erit in celo.

*R.* Cum Dóminus ad judicandum vénerit. *Et dicatur hic sine Allelúya.*

*Lectio j.*



Empore illo postquam Constantíno Augústo contra Maxéntium tyránum pro  
peránti ad bellum, signum sancte crucis célitus fuíset osténum, et ipso felíciter obtinénte triúmphum ac ab Heléna jam dicti príncipis matre sancta crux fuíset invénta, atque per [137v.] sanitátem cógnita et resuscitatiónem mórtui fuíset evidénti indício declaráta : regína voti compos effécta,

ita salutáre lignum fecit secári per médium, ut et crucem Constantínopolim deférret ad filium, et crucem Hierosólymis thecis argénteis cónderet et serváret in loco, sapiénti usa consílio, scílicet ut ubi fúerat membris Domínicis aptáta supplício : íbidem glorificáta venerarétur a pópulo. Tu autem Dómine [miseré nostri].<sup>183</sup>

AS:425, 531; 1519-S:71r; 1520-S:116v; 1531-S:137v.<sup>184</sup>

6530. 1. Resp. VIII.

*Q* Ul- ce \* lignum dulces cla-vos, dul- ce pondus  
 sus- tí-nu- it. †Que digna fu- it portá- re  
 pré- ci- um hu- jus sé-cu- li. V. Hoc signum  
 cru-cis e- rit in ce- lo : cum Dómi-nus *V.* ju-di-cán- dum

In festo exaltationis sancte crucis.

vé-ne- rit. †Que digna.

*Lectio ij.*

**A**Ultórum ítaque témporum labénte currículo cum exigénte mole peccáminum, flagellári permítteret Dóminus pópulum Christiánum per seviciam paganórum : Cósdroe quidam profánus et ímpius, regnum est adéptus Persárum. Qui in tantum prorúmpere ausus est protérviam : ut ab áccolis vicinárum géntium, quas império vastans barbárico, suo nephándo subjugárat domínio, coli se júberet ut deum, vocaríque se regem

regum et dóminum dominántium. Nec hoc enim solum suffécit ad sue damnatiónis intératum, verumétiam Sýriam et Palestínam cum subjugásset et Egýptum, regna quoque éxtera et infralimitánia<sup>185</sup> glomerándo per circúitum suo crudelíssimo subígeret dominátui : Hierosólymam ádiit, ecclésiam Christi subvértit, totámque finítimam régiónem vastávit, incéndit atque predávit.

AS:425, 532; 1519-S:71r; 1520-S:116v; 1531-S:137v.<sup>186</sup>

2. Resp.

IV.



Oc signum \* cru- cis e-rit in ce- lo cum

6845.

Dó-mi-nus ad ju-di-cán-dum vé-ne- rit. †Tunc ma-ni-fés-  
ta e- runt abscón-di-ta cor-dis nos- tri.

In festo exaltationis sancte crucis.

6845a.

¶. Cum sé-de-rit Fí-li- us hómi-nis in se-de ma-jes-  
tá-tis su- e : et cé-pe-rit ju-di- cá-re sé-cu- lum  
per ig- nem. †Tunc.

*Lectio ij.*

**A**D sepúlchrum ergo Dómini cum voluisset ingréri térritus rédiit : sed tamen ligni salutáris partem quam religiosa régina ibi in testimónium ómnium virtútum relíquerat, aspor-távit. Fécerat namque sibi turrim argénteam, in qua interlucéntibus gemmis thronum extrúxerat áureum : ibique solis quadrígam et lune et stellárum imágines collocáverat, atque per occúltas fistulas aque meátus addúxerat, ut quasi deus pluviam désuper viderétur infúndere. Et dum subterráneo specu equis in circúitu trahéntibus circumácta turris fábrica

movéri videbátur : quasi quodámmodo rúgitum tonítrui juxta possibilátem artificis mentiebátur. In hoc itaque loco sedem sibi paráverat : atque juxta se quasi collégam, crucem Domínicam posúerat, filióque suo regno trádito, ipse in fano hujuscémodi residébat. Illo itaque tém-pore, Eráclius arcem tenébat impérii vir armis strénuus, lingua erúditus, córpore decórus : et quamvis seculári habitui déditus, totus tamen erat fide cathólicus, et erga Dei cultóres supplex, benívolus, ac devótus. Tu autem Dómine [misérere nostri].<sup>187</sup>

In festo exaltationis sancte crucis.

AS:532; 1520-S:117r; 1531-S:137v.

3. Resp.

IV.

The musical notation consists of four staves of red square neumes on a four-line staff system. The first staff begins with a large initial 'A'. The lyrics are: - do-rámus te \* Chris-te et be-ne-dí- ci-. The second staff continues: mus ti- bi. †Qui- a per cru- cem tu- am re-de- The third staff continues: mí- ti mun-dum. // Tu- am cru-cem a-do-rá- The fourth staff concludes: mus Dómi- ne, tu- am glo-ri- ó-sam re-có-limus passi- ó- nem. †Qui- a. // Gló-ri- a. 94\*. †Qui- a.

6046.

6046a.

¶ *In ij. nocturno.*

AS:304, 532; 1520-S:117r; 1531-S:137v.<sup>188</sup>


4. Ant.

III.iv.

The musical notation consists of four staves of red square neumes on a four-line staff system. The first staff begins with a large initial 'A'. The lyrics are: Alva nos \* Christe Salvá-tor per virtú-tem sancte. The second staff continues: cru-cis, qui salvásti Petrum in ma- ri mi-se-ré-re no-bis.

4686.

In festo exaltationis sancte crucis.



*Ps. Exaltábo. (xxix.) [162].*

AS:532; 1520-S:117r; 1531-S:137v.<sup>189</sup>


5. Ant. VII.i. 4690.



Alvá-tor \* mundi salva nos qui per cru-cem et sán-



gui-nem re-de-mís-ti nos, auxil-li- á-re no-bis, te depre-



cá-mur De-us noster. *Ps. Omnes gentes. (xlvj.) [208].*

AS:533; 1520-S:117r; 1531-S:137v.<sup>190</sup>

6. Ant. IV.i. 1292.



- do-rémus \* cru-cis signá-cu-lum, per quod sa-lú-



tis súmpsimus sa-craméntum. *Ps. Jubiláte. (lxv.) [230].*

*V. Exultent justi in conspéctu Dei. [195].*

*Medie lectiones fiant de martyribus Cornelio et Cypriano.*

*Lectio iiiij.*

**T**enuit Décius Cesar beatís-simum papam Cornélium cum

univérso clero ejus : quem precépit Centumcéllas in exílum deportári.

Qui dum esset in exílio, multi Christianórum veniébant et confor-tábant eum : álii autem scripta con-fortatiónis mittébant ad eum. Décius audítio quia multi ei scriberent, étiam et beátus Cypriánis : jussit eum de exílio Centumcellénsi revocári, et revocátum noctu ante templum Palládis sibi presentári. Décius Cesar sic aggréssus est beátum Cornélium dicens, Sic diffinísti, ut nec deos páveas : nec precépta majórum consíderes, nec nostris minis terreáris, ut contra rempública lítteras ac-

cípias et dírigas ? Beátus Cornélius respóndit, Ego de coróna Dómini lítteras accépi : non contra rem-pública, sed ad ánimas salvándas. Décius iracúndia plenus jussit os ejus cum plumbátis cedi, ipsum vero ad [138r.] templum Martis duci : ut aut sacrificáret Marti, aut cápite puni-rétur. Cumque ducerétur beatíssimus Cornélius ad templum Martis : unus ex milítibus nómine Cereális rogábat eum pro uxóre sua, que quinque annis jacúerat paralítica.

*R. Sancti tui. In communi. [758].*

*Lectio quinta.*

**I**ngréssus beátus Cornélius do-mum mílitis cum duóbus pres-býteris et uno clérico : dedit ora-tiónem super paralýticam. Et tenens manum ejus : eréxit eam dicens, In nómine Jesu Christi Nazaréni : surge Salústia. Que prótinus eréxit se : et credens in Deum baptizáta est a beáto Cornélio. Vidéntes omnes mílites quod factum erat de Salústia : credidérunt étiam ipsi in Dóminum. Et prostráti beáto pape : rogábant eum ut baptizaréntur. Qui baptizávit eos : in nómine Patris et Fílii et Spíritus Sancti. Hoc audíto Décius Cesar : jussit ut cuncti duceréntur ad

templum Martis una cum beatíssimo papa, ut aut sacrificárent Marti, aut simul omnes capitibus truncaréntur. Veniéntes autem foras muros porte Appie, cum non solum sacrificare nollent, sed étiam in ipsum templum expúerent : decolláti sunt una cum beatíssimo papa Cornélio, promiscui sexus número vigínti et unus, sed et Cereális cum uxóre sua Salústia, sub die octávo décimo kalendárum Octó-brium. Témporte illo sanctus Cypri-ánuis qui Carthaginénsium regébat ecclésiam comprehénsus est : et presentátus Patérno procónsuli. Cui Patérnus ait, Imperatóris scripta ad

me venérunt, ut hi qui diis sacrificáre nolunt : ad sacrificium compellántur. Cui sanctus Cypriánus respóndit, Nullum Deum scio : nisi unum et verum qui fecit celum et terram, mare et ómnia que in eis sunt. Post hac in

exílum ductus est beátus Cypriánus jussu Aspásii procónsulis in civitátem Curubitánam. Post dies autem multos regréssus beátus Cipriánus de exílio : venit in vicum, qui dicebátur Satúrni et habitávit ibi.

*R. Vérbera carníficu. In communi. [760].*

*Lectio vj.*

**V**enit autem ad eum omnis póplus Christianórum : ut verba vite percíperent ab eo. In diébus illis : oblátus est beátus Cipriánus Galério Máximo procónsuli. Quem íntuens procónsul ait, Tunc es Cypriánus qui sacrilégam mentem homínibus prebes ? Jus-sérunt imperatóres te diis omni-poténtibus sacrificáre. Cónsule tibi ne péreas. Sanctus Cypriánus dixit ad procónsulem, Christiánus sum, diis sacrificáre non pótero : Christo enim omnipoténtis Dei Fílio servíre eligo. Tu vero quod tibi precéptum est fac : de me enim nulla erit dubitatio. Irátus procónsul dixit ad beátum Cypriánum, Diu mente sacriléga vixísti, et inimícum te diis Románis exhibuísti : et ídeo cum sis nequíssimi críminis auctor et signifer, reprehénsus eris ipso documénto cum his quos scélere tuo tecum aggregásti : et sanguine tuo sauciétur<sup>191</sup> disciplína.

His dictis : procónsul Cypriánum capitálem jubet subíre sentétiam. Sanctus vero martyr hec áudiens dixit, Grátias ago Deo omnipoténti : qui me a vínculis hujus córporis dignátur absólvere. Cumque ducerétur beátus Cypriánus ad mortem : póplus qui per ejus predicationem Christo credíderat, plangens et éjulans dicébat, Eámus et nos : et decollémur cum eo. Perdúctus autem ad martyrium, lacérnam et byrrum quibus indútus erat éxuens et complícans : pósuit ad génua sua. Dehinc túnicam tulit et dyacónibus trádidit, et in líneis véstibus stetit : et cepit spiculatórem sustinére. Qui cum venísset : jussit suis ut eídem spiculatóri vigínti áureos darent. Fratres vero flentes lintheámina et mantília ante eum mittébant : ne sanctus cruor absorberétur a terra. Ipse vero manu sua óculos sibi texit, et gládio percússus martyrium complévit : sub die octávo

In festo exaltationis sancte crucis.

décimo kalendárum Octóbrium. Tu | autem.

*R.* O veneranda. *In communi.* [761].

¶ *In iij. nocturno.*

AS:533; 1520-S:117v; 1531-S:138r.

7. Ant.

I.i.



U-am cru-cem \* a-do-rámus Dómi-ne tu- am

5227.

A single-line Gregorian chant notation on a staff. The notes are represented by black squares of varying sizes. The text below corresponds to the musical line.

glo-ri- ó-sam re-có-limus passi- ónem, mi-se-ré-re nostri  
qui passus es pro no-bis. *Ps.* Notus in Judéa. (*lxxv.*) [249].

AS:533; 1520-S:117v; 1531-S:138r.<sup>192</sup>

8. Ant.

VII.i.



Rux alma ful-get \* per quam sa-lus réddi-ta est mun-

1960.

A single-line Gregorian chant notation on a staff. The notes are represented by black squares of varying sizes. The text below corresponds to the musical line.

do, crux vincit, crux regnat, crux re-pél-lit omne cri-men  
al-le-lú-ya. *Ps.* Cantáte. *j.* (*xcv.*) [278].

In festo exaltationis sancte crucis.

AS:533; 1520-S:117v; 1531-S:138r.<sup>193</sup>

9. Ant.  
VIII.i.  
1962. 

Rux fi-dé-lis \* inter omnes Arbor u-na nó-bi-lis :  
Nul-la sil-va ta-lem pro-fert Fronde flo-re gérmi-ne,  
Dul-ce lignum dulces cla-vos Dulce pondus sústi-nens.

*Ps. Dóminus regnávit exúltet. (xcvj.) [278].*



*V. Adorámus te Christe : et benedícimus tibi.*

*R. Quia per crucem tuam redemísti mundum.*

*Tres ultime lectiones de [proprietate]<sup>194</sup> sancta cruce [legantur]<sup>195</sup> sine expositione Evangelii.*

*Lectio viij.*

**P**ergens itaque filius Cósdroe contra Eráclium : juxta Danúbium magnum flúvium cum suo consédit exércitu. Tandem inspiránte cleméntia Salvatóris utrísque princípibus plácuit, ut ipsi sínguli in médio pontis flúmine<sup>196</sup> dimicatúri conflígerent, et cui sors victóriam contulísset ipse sine damno utriúsque exércitus impérium usurpáret. Decré-

tum étiam cum juraménto procéssit : ut si áliquis ex eórum pôpulo príncipi suo veníre in auxílium presumpsísset : crúribus excísis et bráchiis ab eo in flúmine mergerétur. Cunque utríque pôpulo hec páctio placuísset : ínvicem ut dictum est dimicántes diu multúmque in pontis médio sunt congréssi. Tandem pulsátus Dóminus láchrymis Christianórum, per

In festo exaltationis sancte crucis.

virtútem sancte crucis cui se eódem die memorátus princeps atténtius commendáverat : fidéli suo Eráclio Christus concéssit de hoste triúphum. Tantáque mentis mutátio Cósdroe invásit exércitum, ut non solum predíctam pactiónem nequáquam vellent transcéndere : sed étiam voluntárii cum omni sua família atque prole, Eráclio se súbderent tam potestáte quam fide. Quos ille beníg-niter suscípiens : hanc illis cle-méntiam préstitit, ut omnes ad baptísmum convolárent. Quod ita se factúros esse omnes spóndérunt.

Ipse autem Christianíssimus princeps cum suo tantum exércitu regna que Cósdroe tenúerat circunquáque per-lústrans, ad sedem ipsíus venit, et cum paucis ad eum ascéndit : sedentémque eum in throno áureo réperit.<sup>197</sup> Nullus namque ex ejus excércitu fúerat, qui ei éxitum belli aliquátenus nunciáset : quia propter sue crudelitátis supérbiā omnes eum exósum habébant. Nec immérito, quippe qui maniféste Deo orat contrárius : quómodo a creatúra Dei esse potuísset amábilis ? Tu autem.

AS:533; 1520-S:117v; 1531-S:138v.<sup>198</sup>

7. Resp.


VI.



U- am \* cru-cem a-do-rá-mus Dómi- ne, tu- am  
 glo- ri- ó- sam re-có-limus pas- si- ó- nem. †Mi-se-ré-re  
 nos- tri qui pas-sus es pro no- bis. *V. Ado-*  
 rá-mus te Chris-te et be-ne-dí- cimus ti- bi : qui- a

7795.

7795a.



per cru-cem tu- am re-de-mís-ti mun- dum. †Mi-se-ré-re.

*Lectio viij.*

**C**um tremefáctus Cósdroe salutatiónis verba proférret Eráclio : ille respóndit, Si vis salútem habére propter lignum sancte crucis, quod quamvis indígnus honorífice juxta módulum tuum tractásti, et si crídere in Dóminum Jesum volúeris, et servum te illíus, cujus ego sum fámulus in veritáte conféssus fúeris : regnum tibi Persárum totum cum património et vita, accéptis a te paucis obsídibus dabo. Sináutem áliud égeris : mox meo gládio interíbis. Cunque ille nequáquam acquiéseret : Eráclius abstrácto gládio caput ejus amputávit. Sepelíre tamen eum quia rex fúerat jussit, filiúmque ejus párvulum quem cum eo invénerat baptisári mandávit : ipséque eum de sacris fóntibus suscépit. Erat enim decem annórum. Descriptíones étiam regni Persárum sub ejus nómine fecit : totúmque argéntum turris illíus in predam sui exércitus deputávit. Aurum vero et gémmas in vasis utensílibus ad restauratiónem ecclesiárum quas tyránnus destrúixerat, reservávit. Suscípiens ígitur lignum gloriosíssime

crucis quod ipse asportáverat : Hierosólymam próperat. Gaudéntes autem pópuli cum ramis palmárum céreis et lampádibus, et divérso glórie apparátu, cum hymnis et cánticis óbviam álii pergunt : álii subsequúntur. Cunque imperátor de monte Olivéti descéndens per eam portam, quam Dóminus intráverat quando ad passióinem venit, ipse equo régio et<sup>199</sup> ornaméntis imperiálibus decorátus sedens voluísset intráre : repénte lápides porte descendéntes clausérunt se ínvicem, et factus est páries unus. Cunque miraréntur attóniti et nímio meróre constrícti : respiciéntes in altum, vidérunt signum crucis in celo flámmeo fulgóre respléndere. Angelus enim Dómini accípiens illud in máníbus : stetit supra portam et ait, Quando Rex celórum Dóminus noster et totius mundi Redémptor, passiónis sacra-ménta complévit : et per hunc áditum completúrus introívit, non se purpurátum nec diadémate reniténtem exhibuit, aut equi poténtis vehículum [139r.] requisívít, sed húmilis asélli terga

In festo exaltationis sancte crucis.

insídens cultóribus suis humilitáris  
exémpla relíquit. His dictis : [án-

gelus]<sup>200</sup> conféstim celo rédiit. Tu  
autem Dómine.

AS:425, 534; 1520-S:118r; 1531-S:138v.<sup>201</sup>

8. Resp.

VIII.

7266.



crux \* glo-ri- ó- sa, o crux a- do-rán- da,

o lignum pre-ci- ó-sum et admi-rá-bi-le sig- num.

†Per quod et dy- á-bo-lus est vic- tus et mun-dus

7266a.

Chris- ti sán-gui-ne re- démp-tus. // Mi-chi autem

absit glo-ri- á- ri : ni-si in cru-ce Dómi-ni nostri

Je-su Chris- ti. †Per quod.

*Lectio ix.*

**T**unc impérator gaudens in  
Dómino de visitatióne angélica :  
depósitis imperiálibus insígniis, dis-  
calceátus prótinus línea tantum zona  
precíncitus, crucem Dómini in manu

suscípiens, perfúsus fáciem láchrymis,  
ad celum óculos érigens, próperat ad  
portam usque progrédiens. Mox illo  
humíliter propinquánte, durícia lápi-  
dum celéste persénsit impérium :

statimque porta se súrrigens, líberum intrántibus patefécit ingréssum. Odórque suavíssimus qui volitánte divínitus aura de Persárum província per longa terrárum spácia Hierosólymis fúerat illápsus, moménto eódem quo de fano Cósdroe sancta crux fúerat Eráclio bajulánte egréssa, tunc rédiit : omniúmque péctora segregátim infúdit. Vincébat enim aromáta ómnia : therebínthi natúram, et bálsama atque myrrham. Conféstim ígitur populáris gáudii favor in altum sublátus divínam laudábat poténtiam : sicque gloriósus Augústus erúmpens in láudibus ait, O crux admiráble signum, in qua Dóminus noster Dei Fílius suspénsus, pro nostrórum póndere críminum, mortis damnávit supplícium : et sanguis ejus adorándus thronis et ángelis et univérsis candóribus, radiánte turba virtútis effúsus eat in prémium nostre salútis. O crux splendídior astris, mundo celébris, homínibus multum amábilis, sánctior univérsis : que sola fuísti digna portáre taléntum mundi. Dulce lignum, dulces clavos,<sup>202</sup> dulcis mucro, dulcis hasta, dulcis ferens póndera : salva preséntem catérvam in tuis hódie láudibus congregátam, tuo

vexílo signátam. Hec cum dixísset : preciocíssimam partem ligni quam secum detúlerat loco suo restítuit. Tunc revocánte Dómino antíqua mirácula, die eódem, mórtuus unus recepit própriam vitam : paralítici quátuor adépti sunt sanitátem amisíssam. Leprósi decem cutem recepérint mundam, quíndecim quoque ceci luci sunt restítuti. Plúrimi quoque a demónibus erépti : multíque váriis sunt de infirmitátibus liberáti. Tunc imperátor oratióne perácta ófferens Deo multa donária, ecclésias Dei reparáre fecit, de régiis súmptibus, reddens privilégia per auctoritatétem prolátam, restituens captívos in própria, dans oportúna presídia, Constantinópolim rédiit, fretus virtúte divína, persevérans in sancte crucis signáculo, miraculórum plúrima increménta donánte Dómino nostro Jesu Christo, qui de suo sacro sancto sanguine rédemit mundum per crucis patíbulum, et qui vicit diábolum et paradísum restítuit, et vite jánuas patefécit, ipso prestánte de quo lóquimur, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in sécula seculórum amen.

In festo exaltationis sancte crucis.

AS:427; 1520-S:118r; 1531-S:139r.<sup>203</sup>

9. Resp.

I.



Er tu- am \* cru- cem salva nos  
Chris- te Re-démp-tor : qui mortem nostram mo-ri-  
én- do destrux-ís- ti. †Et vi- tam  
re-surgén- do re-pa- rás- ti. ⁊ Mi- se-ré-  
re no-bis Je- su be-níg-ne : qui pas- sus es clemén-  
ter pro no- bis. †Et. ⁊ Gló- ri- a Pa-tri et  
Fí-li- o : et Spi- ri- tu- i Sanc- to. †Et.

7378.

7378a.

¶. Dícite in natiónibus.

R. Quia Dóminus regnávit a ligno. [sine Allelúya.]<sup>204</sup>


In festo exaltationis sancte crucis.

¶ *In laudibus.*

AS:534; 1520-S:118v; 1531-S:139r.<sup>205</sup>

Ant.  
VII.ii.

4035. 




magnum \* pi-e-tá-tis opus mors mórtu-a  
tunc est, quando in ligno mórtu-a vi-ta fu-it.

*Ps. Dóminus regnávit. (xcij.) [45].*

AS:534; 1520-S:118v; 1531-S:139r.<sup>206</sup>

2. Ant.  
I.v.

2500. 




C-ce cru-cem \* Dómi-ni fú-gi-te partes advér-  
se : vi-cit le-o de tri-bu Ju-da ra-dix Da-vid al-le- lú-ya.

*Ps. Jubiláte. (xcix.) [46].*

AS:534; 1520-S:119r; 1531-S:139r.


3. Ant.  
I. ix.

4014. 



crux \* admi-rá-bi-lis, e-va-cu-á-ti- o vúlne- ris,

In festo exaltationis sancte crucis.



resti-tú-ti- o sa-ni- tá-tis. Ps. Deus Deus. (*lxij.*) [47].

AS:535; 1520-S:119r; 1531-S:139r.<sup>207</sup>

4. Ant.

I.v.

5061.

Uper ómni- a \* ligna cedró- rum tu so-la excélsi-  
or, in qua vi-ta mundi pe-pén-dit, in qua Christus tri-  
umphá-vit, et mors mor- tem su-pe-rá-vit in e- térnus.

Ps. Benedícite. (*Daniel iij.*) [48].

AS:535; 1520-S:119r; 1531-S:139r.<sup>208</sup>


5. Ant.

VIII.i.

1961.

Rux be-ne-dícta \* ni- tet Dómi-nus qua carne pe-  
pén- dit : atque cru- ó-re su-o vúlne-ra nostra la-vit.

In festo exaltationis sancte crucis.



*Ps. Laudáte. (cxlviij.) [49].*

*Capitulum. Michi autem absit [gloriári].<sup>209</sup> {1339}.*

HS:151v; 1519-S:72v; 1520-S:119r; 1531-S:48r.

Hymn.  
II.

8367.

**R**ux fi-dé-lis inter omnes, \* arbor u-na nó-bi-lis :  
  
Nul-la silva ta-lem pro-fert, fronde flo-re gérmi-ne :  
  
Dulce lignum dulces cla-vos, dulce pondus sústi-nens.  
  
2. So-la digna tu fu-ís-ti, ferre pré-ci-um sé-cu-li :  
  
Atque portum pre-pa-rá-re, nauta mundo náufra-go :  
  
Quem sa-cer cru-or pe-rúnxit, fu-sus Agni córpo-re.  
  
3. Gló-ri-a et honor De-o, úsquequo al-tíssimo :

A musical staff consisting of four horizontal lines. It features square note heads and vertical stems, with a vertical bar line positioned near the center.

In festo exaltationis sancte crucis.

Una Patri Filio que, inclito Paracrito :  
Cu-i laus est et potestas, per eterna secula. Amen.

V. Omnis terra adoret te Deus. {484}.

AS:427, 535; 1520-S:119v; 1531-S:139r.<sup>210</sup>

Ant. VIII.i. 4017.

crux \* be-ne-díc-ta qui- a in te pe-péndit Sal-  
vá-tor mundi : et in te tri- umphá-vit Rex ange-ló-rum.  
*et dicatur cum*  
ange-ló-rum al-le-lú-ya. Ps. Benedíctus. 68\*.

Oratio. Deus qui unigéniti. [ut supra ad primas vespertas.]<sup>211</sup> {1342}.

*Memoria fiat de martyribus cum oratione ut supra.* {1342}.

*Deinde fiat memoria de sancta Maria cum una antiphona de nocturnis suo ordine. Et si dominica fuerit dicitur antiphona sicut in prima die super psalmum Benedíctus.*

¶ Ad j.

Ant. O magnum. [j. de laudibus.]<sup>212</sup> {1364}.

Ps. Deus in nōmine. (lij.) [95].

{1367}

In festo exaltationis sancte crucis.

---

*Ant.* Grátias tibi Deus. [99].

*Ps.* Quicúnque vult. [100].

*R.* Jesu Christe. *cum* Alleluya. [105].

[139v.] *V.* Qui sedes. [*ut in psalterio.*]<sup>213</sup> [105].

¶ *Ad iij.*

*Ant.* Ecce crucem. {1364}.

*Ps.* Legem pone. (*cxvij. 33.*) [132].

*Capitula,*<sup>214</sup> *responsoria et V.* *sicut in festo inventionis sancte crucis ad omnes horas dicuntur* {485}. *cum oratione Deus qui unigéniti.* {1342}.

AS:427; 1519-S:72v; 1520-S:119v; 1531-S:48v.

Resp.  
VI.



sar0630.      Oc signum cru-cis \* e-rit in ce-lo. †Alle-lú-ya

sar0630a.      al-le-lú-ya. *ij.* *V.* Cum Dómi-nus ad ju-di-cándum vé-ne-rit.

                    †Alle-lú-ya. *V.* Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i

                    Sancto. Hoc signum.

[*V.* Dícite in natiónibus.]<sup>215</sup> {486}.

¶ *Ad vj.*

*Ant.* O crux. {1364}.

*Ps.* Defécit [in salutáre].<sup>216</sup> (*cxvij. 81.*) [141].

In festo exaltationis sancte crucis.

[*Capitulum*.<sup>217</sup>

**V**erbum crucis pereuntibus stultitia est : hiis autem qui salvi fiunt id est nobis virtus Dei est.]<sup>218</sup>

AS:427; 1519-S:73r; 1520-S:119v; 1531-S:48v.

Resp.  
VI.



I-ci-te in \* na-ti- ó-ni-bus. †Alle-lú-ya al-le-lú-ya. ij.

sar0619.



X. Qui- a Dómi-nus regná-vit a ligno. †Alle-lú-ya.

sar0619a.



X. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-ri-tu- i Sancto.



Dí-ci-te.

[X. Adorámus te Christe et benedícimus tibi.]<sup>219</sup> {1358}.

### ¶ Ad ix.

*Ant.* Crux benedicta. {1365}.

*Ps.* Mirábilia. (cxvij. 129.) [150].

[*Capitulum*.

**P**os autem predicámus Chris-tum crucifixum Judéis quidem scándalum, géntibus autem stultitiam : ipsis autem vocátis Judéis atque Grecis Christum Dei virtútem atque sapientiam.]<sup>220</sup>

In festo exaltationis sancte crucis.

AS:427; 151-S:73r; 1520-S:120r; 1531-S:48v.

Resp.  
VI.

6045.  - do-rá-mus te\* Christe et be-ne-dí-cimus ti-bi.

6045a.  †Alle-lú-ya al-le-lú-ya. ij.  Qui- a per cru-cem tu- am re-de-  
 mí-s-ti mundum. †Alle-lú-ya.  Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li-o :  
 et Spi-rí-tu- i Sancto. Ado-rá-mus.

[ Omnis terra adóret.]<sup>221</sup> {484}.

### ¶ *Ad ij. vespertas.*

*Ant.* O magnum. {1364}.

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* Michi autem absit. {1339}.

*R.* Per tuam crucem. [*ix. de matutinas.*]<sup>222</sup> {1363}.

*Hymnus.* Crux fidélis. {1366}.

 Omnis terra [adóret te Deus].<sup>223</sup> {484}.

AS:428; 1520-S:120r; 1531-S: 48v.<sup>224</sup>

Ant.  
I.vi.

4019.  crux \* splendí-di- or cunctis astris mundo

In festo exaltationis sancte crucis.

cé-le-bris ho-mí-ni-bus multum a-má-bi- lis sáncti- or  
u-ni- vér-sis, que so-la fu- ís-ti dig-na portá-re ta-  
lén-tum mun-di : dulce lig-num dulces cla- vos dúlcí- a  
fe-rens pónde-ra : sal-va pre-séntem ca-térvam in tu- is  
hó-di- e láudi-bus congre- gá-tam. *Ps. Magníficat. 53\**.

*Oratio [Deus qui unigéniti.]*<sup>225</sup> *ut supra [in primis vespere].*<sup>226</sup> {1342}.

*Memoria fiat de sancta Maria solenniter cum hac antiphona Nativitas tua. {1279}. V.  
Sancta Dei génitrix. {1279}. Oratio. Supplicatiōnem. {1280}.*

*Deinde fiat solennis memoria de sancto Nichomede martyre cum hac oratione.*

*Oratio.*

**A**déstó Dómine pólupo tuo : ut  
abeáti Nichomédis mártiryris tui  
mérita preclára suscípiens, ad impe- | trándam misericórdiam tuam semper  
ejus patrocíniis adjuvémur. Per  
[Dóminum].<sup>227</sup>

*Tamen si dominica fuerit fiat memoria de sancto Nichomede sub silentio cum memoria  
dominicali.*

In festo exaltationis sancte crucis.

---

*Vespere de sancta Maria extra chorū dicantur hoc modo sub silentio.*

*Super psalmos hec sola ant. Dei génitrix. {1275}.*

*Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [311]. et ceteri psalmi sicut infra octavas dicuntur.*

*Capitulum. Ego quasi [vitis].<sup>228</sup> {1277}.*

*R. Ad nutum. {1292}.*

*Hymnus et cetera sicut ad primas vespertas in vigilia dicuntur.*

*Completorium sicut extra octavas dicitur cum hac antiphona Beáta mater. [400].  
super psalmum.*

*Ad completorium de die omnia fiant sicut in festo sancte Trinitatis. [397].*

## ¶ In octava nativitatis beate Marie.

(xv. Septembris.)

Ad matutinas invitatorum triplex, tota cantetur hystoria sicut in dominica infra octavas prenotatum est. {1328}.

### Lectio j.

**N**otandum est autem quod si Jóachin et Jóakim<sup>229</sup> distingúantur, id est pater et filius : prior Dómini resurréctio, sequens Dómini preparátiō dicitur. Que utrāque Dómino Christo bene convénient : quia ipse est qui secúndum prophéte dicta et secúndum promissióinem suam tértia die a mórtuis

resurréxit, nosque a peccatórum morte resúrgere fecit. Et in diem éléctos suos generáliter resúscitans : ad regnum ívitat dicens, Veníte benedícti Patris mei : percípite regnum quod vobis parátum est ab orígine mundi. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>230</sup>

### Lectio ij.

**S**Aláthiel in Latínū transfértur petitiō mea Deus : et nulli hoc congruentius quam Redemptóri nostro convénit, qui Patrem pro discípulis suis petens táliter locútus est, Pater sancte serva eos in nómine tuo quos dedísti michi : ut sint unum sicut et nos. Et ut afféctum depre-

cándi osténderet : paulo post súbdidit dicens, Non pro his autem rogo tantum : sed et pro eis qui creditúri sunt per verbum eórum in me, ut omnes unum sunt, sicut tu Pater in me et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sunt.

### Lectio iij.

**Z**Oróbabel vero interpretátur ipse magíster Babylónis : id est magíster confusiónis. Et quid Bábylon mélius quam istum mundum significat ? Qui post peccátum primi hóminis váriis ydolórum cùltibus et humáne vite erróribus implicátus et

confúsus erat. Sed Redemptóre nostro veniente, ac regnum in eo suscipiente, cui Pater dixit, Póstula a me et dabo tibi gentes hereditátem tuam, et possessiónem tuam térmilos terre : conféstim ad unius Dei cultum, et ad justície ópera convérsus

est, et cepit sub órdine vívere qui prius solébat sub erróre<sup>231</sup> anfráctus

deviáre. Tu autem.

*Lectio iiiij.*

**A**Biud qui interpretátur pater meus iste, vel pater meus est : ejus óptime gerit figúram, de quo in psalmo dictum est ex persóna Patris dicéntis, Ipse invocábit me Pater meus es tu : et ego primogénitum ponam illum excélsum pro régibus terre. Eliáchim quoque qui Latíne sonat Dei resurréctio vel Deus

resúscitans, vel Deus resuscitábit : illum týpice désignat qui in Evangélio ait, Ego sum resurréctio et vita : qui credit in me étiam si mórtuus fúerit, vivet. Et item, Hec est, inquit, volúntas Patris mei qui me misit : ut omnis qui videt Fílium et credit in eum hábeat vitam etérnam, et ego resuscitábo eum in novíssime die.

*Lectio quinta.*

**A**Zor hoc est adjútus : plane eum significat qui dixit, Qui me misit mecum est, et non relíquit me solum : quia ego que plácita sunt ei fácio semper. Et item, Pater meus inquit usque modo operátur : et ego óperor. Et Psalmista ex persóna incarnatiónis ejus loquens ait, Ecce Deus adjúvat me : et Dóminus suscéptor est ámine

mee. Sadoch namque justificátus dicitur : et illum exprímít de quo Prophéta ait, Justus Dóminus et justiciam diléxit : equitátem vidi [140r.] vultus ejus. Esáyas vero ex persóna Dei Patris táliter lóquitur de Christo, Justificábit ipse justus servos meos multos : et iniquitátes eórum ipse portábit.

*Lectio sexta.*

**A**Chim id est frater meus iste : illum significat qui nostre infirmitátis vóluit esse párticeps, ut habéret fratres de quibus ad Patrem dícere posset, Nunciábo nomen tuum frátribus meis : in médio ecclésie laudábo te. Et in Evangélio de fidélibus suis ipse ait, Quicúnque fécerit voluntátem Patris mei qui est

in celis : ipse meus frater, soror, et mater est. Elíud vero Deus meus iste interpretátus, sine dúbio eum demónstrat : de quo in cántico Exodi scriptum est, Iste Deus meus et honorífábo eum : Deus patris mei et exaltábo eum. Cui Esáyas ait, Vere tu es Deus abscónitus : Deus Israel Salvátor. Et cui Thomas post

resurrectiōnem ejus loca clavōrum tangens : exclāmans aiébat, Deus meus et Dóminus meus. Eleázar Deus meus adjútor dicitur. Et Prophéta ex parte humanitatis Christi

ad Patrem lóquitur, Díligam inquit te Dómine virtus mea : Dóminus firmaméntum meum et liberátor meus. Deus meus adjútor meus : sperábo in eum.

*Lectio ad j.<sup>232</sup>*

**A**ría quoque interpretátur stella maris : sive amárum mare. Et hoc nomen apte cópetit matri Salvatóris. Ipsa quoque stella maris recte vocátur : quia huic mundo ténebris perfidie et peccatórum obscuráto, veram lucem édedit, de qua Johánnes ait, Erat lux vera : que illúminat omnem hóminem venientem in hunc mundum. Hec et amárum mare rite dici potest : quia voluptátes istiús mundi, ac libidinis luxum, que mare id est amaritúdo recte nuncupántur, eo quod amaritudinem perpétuam gehénne se

sequéntes pertráhunt, fecit bene amaréscere, cum suo exémplo dócuit ab illécebris hujus séculi abstinére. Nam cum a primórdio mundi núptie institúte essent, et totus mundus post concupiscéntias suas abíret : ista in corde suo serváre virginitátem suam státuit, et carnis desidéria in se mortificáre, celestémque conversatiónen in terris habére, ut ei per ómnia pláceret, cui se servíre probávit. Sciéndum quoque est quod María sermóne Syro dómina vocátur. Et mérito illa dómina vocátur : que Deum generáre méruit celi ac terre.

*Tres ultime lectiones de expositione evangeli Loquénte Jesu ad turbas. ut supra in dominici [infra octavam legantur].<sup>233</sup> {1331}.*

*Ante laudes V. Ora pro nobis sancta [Dei génitrix.*

*R. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi].<sup>234</sup>*

**C** Ad laudes omnes antiphone dicuntur.

*Memoria fiat de sancto Nichomede martyre cum oratione ut supra. {1371}.*

*Ad j. et ad alias horas omnia fiunt sicut infra octavas. {1323}.*

**C** Ad ij. vesperas omnia fiant sicut in j. die ad ij. vesperas preter R. quod non dicetur.

*Hymnus. Ave maris stella. {405}.*

*Memoria fiat de sancta Editha virgine non martyre cum hac oratione.*

**D**EUS qui fidélibus tuis castitatis  
exemplum prebuísti, dum de  
vírgine Fílium tuum Dóminum  
nostrum nasci voluísti : sancte Edithe

vírginis tue précibus, nobis mentis et  
córporis tríbue puritátem, per quam a  
te nobis promíssam percipiámus  
felicitátem. Per eúndem.

*Deinde fiat memoria de martyribus Eufemia, Lucia<sup>235</sup> et Geminiano cum hac  
oratione.*

**P**RESTA quésumus Dómine pré-  
cibus nostris cum exultatióne  
provéntum<sup>236</sup> : ut quorum diem

passiónis ánnua devotíone recolímus,  
étiam fidei constántiam consequámur.  
Per [Dóminum].<sup>237</sup>

## ¶ Sancte Edithe virginis non martyris.

(xvj. Septemb.)

Novem lectiones fiant cum oratione Deus qui fidélibus. ut supra. {1376}.

Lectio j.

**E**ntriveniente sancto Vyntónie pontifice Athelwóldeo,<sup>238</sup> immo intercedente que fortis est ut mors Christi dilectione : régina Vilfrídís<sup>239</sup> venerabilis sancte Edithe génitrix, de mundiáli regno et thálamo, sancte Dei Genitrícis virgináli Wiltónie<sup>240</sup> succéssit monastério. Pro auro texta púrpura indúitur nigra peregrinántis a Dómino<sup>241</sup> túnica, pro áureis monílibus ornátur pudore : pro regáli diademáte fusco velátur flammeólo. Que intántum profécit post castum fructum ventris, post hábitum religiónis : ut magístra efficerétur castitatis, et virgíneo contubérnio ejúsdem monastérii mater preficerétur. Huc igitur transfértur

illa ejus filia sancta Editha de sancta radíce ut vírgula thuris : et óliva speciosa propagáta. Huc ítaque Christianíssimus Edgárus rex pater sancte Edithas ávenit, cum príncipum patrúmque catérrva populique [140v.] affluéntia : velut ad Christi cùriam et divína sponsália. Triúmphat cívitás in advéntu régio : patrem pátrie et pacis príncipem amplecténdo. Hic tanquam pignus datúrus ad nuptias vel suas oblatúrus primítias accédit coram Dómino : dat manus supérno Arbítro fit Melchísedech devotíone cum regno, cónsultit fáciem Dómini tali offício. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>242</sup>

Lectio ij.

**P**roténditur paviménto insígne pállium ad gradus auténtici altáris summe Dei Genitrícis : quasi ante thronum et pedes divíne majestatis. Divérsa infúnditur opuléntia : temporália et etérrna. Regális dígnitas et matronárum ámbitus corónulas áureas, auro textas clámides, gemmátas trábeas,<sup>243</sup> armíllas,

ánulos, monília variáque radiántia rerum ornaménta : matérrna fides appónit nigrum sanctimónie velum, cálicem et paténam Domínice passiónis férculum, celéstis oráculi psaltérium. Orat cum paréntibus patrum frequéntia, orat sorórum ecclésia, ut préscia ómnium divínitas declarare dignarétur : quam vitam

indócilis etas presénti electióne sortirétur. Sístitur ígitur bima infántula ut in flórido prato hóstia láctea. Que ut archa Dei a déxtris et a sinístris irrefléxa : recto ímpetu de médio splendéntium colórum solum velum áccipit, et pro coróna cápti impónit. Sola sanctitátis pignóra éripit, in sacris<sup>244</sup> suis Christum éligit,

in sacro hábitu Christum índuit : cétera rerum insígnia fátuis séculi virgínibus intácta relíquit. Fiunt gratiárum actíones Deo auctóri : fit plausus et gáudium patri et matri universéque fidélium congregatióni. Cláruit plane tunc preséntibus grátia futúra. Tu autem.

*Lectio iij.*

**T**unc rex cum soróre de cónjuge facta, in convéntu angelórum et hóminum, párvulo Christo párvulam suam despónsant<sup>245</sup> : unde se Domínicos sóceros factos congáudent. Unicum pignus Salvatóri offérunt, immo hec offert : hec in vice<sup>246</sup> matris ecclésie Dei oblationem cólligit. Collécta itaque in ecclésie grémium, in virginále collégium : ádeo tota vita ipsíus erat cháritas, benignitas, ac hyláritas rédolens in omnes, ut nichil áliud quam paradísus delectábilis, quam odor agri pleni cui benedíxit Dóminus, esse mérito viderétur. Pulchritúdo forme, cum pulchrióri pudóre ánime respondébat. Fácie simílior patri : reveréntia matri.

Statúra mediocritáte decentíssima : que ante assúmpta est quam peradulta. Inter multa sanctórum exémpla que libris legébat ánhela, intérque preséntia sanctórum et máxime propinquórum religiosórum lúmina, vicínius accendebátur virgináli palma sanctíssime ámite sue summi Edgári régie germáne Edithe, cujus et nomen et virginítátem hereditávit : que monastério Tamvórdie<sup>247</sup> et províncie Staffórdie meritórum signis, sicut et ipsa Wyltónie<sup>248</sup> precláruit. Beatíssima quoque ejus ávia regína Alfgína<sup>249</sup> claris miráculis illi osténdit : qua pietáte et fortitúdine in thoro<sup>250</sup> regis Edmúndi, et áureo cultu celo imitábilis extíterit.

*Medie lectiones fiant de martyribus de communi plurimorum martyrum<sup>251</sup> [753]. cum X. et R. de iij. nocturno [764]. nisi [quando]<sup>252</sup> hoc festum in dominica vel in ij. feria contigerit, tunc enim dicantur X. et R. de j. nocturno plurimorum martyrum. [753].*

*Et tres ultime lectiones de proprietate sancte Edithe legantur sine expositione Evangelii.<sup>253</sup>*

*Lectio vij.*

**A**T<sup>254</sup> virgo gloriósa a Dómino prudénter edócta, non arrogábat longam regum genealógiam : malens a Dómino humílium grátiam et glóriam. Quicquid mater indíixerat : obauditónem velut brávium in stádio occupábat. Soróribus Martham Christo se préstitit Maríam. Lánguidis ac destitútis se impéndit, Lázaro<sup>255</sup> Christi regum natis prepónit. Elephantiósis servíre regno preténdit : ulcerósa vestígia lavácris,<sup>256</sup> capíllis, ósculis fóvere mavult quam imperáre. Quanto quisque apparúerat morbis defórmior : tanto hec offértur benig-

nitáte compatiéntior et famulátu suffúsior. Hanc ásilum suum damnáti : hanc redemptiónem suam nóverant captívi. Quicquid a pio genítore legatiónibus vel allocutiónibus postuláasset : hoc precordiále erat ut ecclésias multiplicáret, ópibus provéheret, ut ómnium necessitátibus sinum cleméntie pánderet, puniéndos aut venundándos vénia liberáret. Cilício étiam testántur cóncie matres asperátam, quod delicáta intérula et [141r.] exterióri dissimuláverat púrpura : que tamen religióni páreret nigra.

*Lectio octava.*

**L**UIC allúdens pie emulatióni sereníssima grátia Altíssimi tali miráculo favit aliquándo dilécte sue parti. Céreum a flamma sua neglégenter restínguit, et arche incénso ligno<sup>257</sup> fumigántem, arche vestimentórum vírginis plene fémina mínistra injécerat : obseratáque archa discésserat. Mox semisópitum resúdat incéndium : quoque magis tégitur tectus magis éstuat ignis. Jam páries próximus ardébat, jam clausa máchina déintus relúixerat, jam totius loci minax perículum imminébat. Nox erat et omnes sopor occupáverat cum tandem insópita Dei providéntia

soróres excitántur : cursim frágere magis quam aperíre estuántem sedículam moliúntur, vestes quasi combústas ejícere aut commúnem desolatióne minitántem flammam certant extínguere. Beáta vero Editha mente in Christo fundáta sua damna ridére, quantique pénderet spécies et opes terrénas hilári vultu cepit osténdere : eodémque ánimo vel sciens certe, vel nésciens quod accíderat triumpháre. Cunque vestimentiá singula vel pellícea vel purpúrea cautis lumínibus explórant revóluta : mira perpétui custódis grátia ita ómnia ab omni ustulátione

invénta sunt illésa, ut fúerant ante ipsa incéndia immo ut fiduciálius

fateámur, ut ipsa virgo corruptiónis erat aliéna.

*Lectio nona.*

**V**ix ergo quindecénnis<sup>258</sup> procés-  
serat pálmula<sup>259</sup> in Christo  
dotális Editha jam patérnus afféctus  
Edgári, magis ecclésie quam regni  
propáginem pensans in filia : hanc  
super tria sanctímoniálium, Deo  
dispensánte despónsat monastéria.  
Quantis renísa est excusatiónibus,  
quam incóngruam se vite scíentie  
morúmque maturitáte reclamábát,  
quibus rosis pudor genas suffúderat  
virgináles : étiam favóre sponsi  
illustrióres. Pulchre sunt gene tue ut  
fragmen mali púnici,<sup>260</sup> collum tuum  
sicut monília : murénulas áureas  
faciémus tibi. Verúntamen effrená-  
cius résistere tantórum preceptórum  
non póterat reveréntie : successítque  
non ad prelatiónem sed ad obedi-

éntiam, et quasi agna ad víctimam.  
Cónsecrat eam celéstis aquila  
Ethelwóldus Vyntónie in monastério  
quod nonnárum<sup>261</sup> nominátur. In  
monastérium quoque Berkýnga  
dictum, in tértium étiam promóta est  
patrocínium. Non tamen a genitríce  
pia avélli, non a domo in qua Deo  
data et Dei providéntia et perpétuo  
mansúra radícem fixerat, póterat  
transplantári. Verum síngulis excúbiis  
spirituáles matres tanquam efficaci-  
óres dispósuit, seque ad paréntem  
quasi adhuc erudiénda magísque  
adhuc índigens disciplína cónculit,  
malens matri subésse quam áliis  
préesse, matrem timére quam áliis  
imperáre : discens a Dómino suo  
mitis esse et húmilis corde.

*Cetera omnia de communi unius virginis non martyris fiant. [916].*

*Hac die erunt vespere de sancta Editha [virgine]<sup>262</sup> et memoria fiat de sancto  
Lamberto episcopo et martyre.*

*Si festum sancti Lamberti in dominica contigerit fiat de ipso memoria ad j. vesperas et  
ad matutinas et medie lectiones fiant ubi agitur de sancta María : tamen ubi agitur de  
festo loci fiat de eo tantum memoria.*

*Si in ij. feria evenerit fiat de ipso memoria ad j. vesperas et matutinas de S. Editha : et  
medie lectiones que erunt de sancto Lamberto et tunc in dominica precedente fiat tantum  
memoria de martyribus Eufémia, Lucia et Geminiano ad j. vesperas et ad matutinas et*

*ad missam.*

*Si [hoc festum in]<sup>263</sup> iij. feria contigerit tunc fiet de eo tantum memoria post memoriam beate Marie ad ij. vespertas de S. Editha et ad [matutinas de]<sup>264</sup> commemorationem beate Marie que tunc erit<sup>265</sup> in eadem iij. feria.*

*Si hoc festum in iiiij. feria contigerit nichil penitus de eo fiat illo anno nisi ad vespertas et ad matutinas de sancta Maria.*

*Si in v. feria contigerit fiat de eo tantum memoria ad vespertas et ad matutinas de commemoratione beate Marie que fiet eadem v. feria.*

*Si in vij. feria contigerit fiant de eo tunc iij. lectiones cum nocturno.*

*Et si in sabbato contigerit fiat de eo tantum memoria cum hac oratione.*

**S**ancti Lamberti martyris tui  
atque pontificis Dómine nos  
tibi quésimus<sup>266</sup> comméndet oratio : | et<sup>267</sup> sicut hunc diem ejus gloriósa  
decorat pássio, ita nos ipsíus semper  
muniámur suffrágio. Per Dóminum.

## [¶ *Sancti Lamberti martyris et pontificis.*]<sup>268</sup>

(xvij. Septembris.)

*Tres lectiones fiant.*<sup>269</sup>

### *Lectio prima.*

[141v.]  Loriósus vir Dei Lambértus óppido Trajecténsi fuit oriündus. Qui a paréntibus sacris littoris ad imbuéndum tráditus : dum puerície excéderet annos, spíritu sapiéntie et humilitatis grátia resplendébat plenus. Predícte autem urbis pontífice decedénte : per regis impérium et plebis consénum vir Dei Lambértus ejúsdem urbis subrogáтур epíscopus. Sumpto autem officio erat

in timóre Dómini perféctus : et quotidie in omne opus bonum augebáatur. Actus vite sue omni hora custodiébat, et óculum mentis sue ad Deum semper defíxum habébat : populúmque sibi commíssum spirituáli cibo reficere omnímodis festinábat. His et hujúsmodi exér- citus déditus : et divína grátia erat plenus. Tu autem [Dómine miseré nostri].<sup>270</sup>

### *Lectio ij.*

 Um ergo jam vir sanctus pro custódia gregis sibi commíssi multa certámina tolleráset : insur rexérunt duo péssimi hómines et seculári poténtia tuméntes, qui res sue ecclésie injúste pervadéntes, cum corum insoléntiam nullus ferre posset, amíci pontíficis ira repléti ignoránte viro Dei eósdem interfecérunt. Erat eis quidam consanguíneus nómine Dodo ópibus plenus : ac supérbia túmidus. Qui multitúdine arma-

tórum collécta : necem predictórum in ipso sancto Dei ulcisci crudéliter ánimum appósuit. Dum ergo vir sanctus in quadam sue dyocésis sede morarétur, et matutinále officium nocte cum frátribus Dómino per solvíisset : assunt armáti qui clausas fores effringéntes, super sanctum virum ubi orábat írruunt. Qui mox letáli ictu jaculátus : beátis méritis ditátum celo spíritum réddidit.

### *Lectio tertia.*

 Eáthus ergo Lambértus cum fuísset tali martýrio consum-

márus, súbito currénte núncio omnes pláteas rumor implévit. Repléntur

omnes tristitia : et próceres amaríssime lugent. Corpus autem beati viri navi impósitum : ad sedem Trajectensis ecclésie est delatum. Mox vero pene omnis cívitas ruit in fúneris obséquium : cuius corpus digno honore tumulátum, jacet in glória resurrectúrum. Ad ejus autem sepúlchrum diébus ac nóctibus audíte

sunt sépius voces psalléntium angelórum. In loco étiam ubi beatus vir fuit interféctus : luminária per divinam accénsa poténtiam resplendébant crébrius. Plúribus étiam miráculis per beatum virum patrátis : ab omni pópulo glorificabátur Dóminus.

*Cetera omnia de communi unius martyris et pontificis. [729].*

*Si hoc festum sancti Lamberti vel aliud festum iij. lectionum in aliqua feria iiij. temporum vel in sabbato iiiij. temporum mense Septembri contigerit, dicuntur matutine de festo [cum nocturno]<sup>271</sup> et missa de jejunio, nisi hystoria Peto Dómine. per ebdomadam fuerit inchoanda<sup>272</sup> : [et]<sup>273</sup> tunc enim fiet totum servitium de feria et festum iij. lectionum omnino pretermittatur.*

*Quando dies dominicus in crastino sancti Lamberti evenerit tunc in ipsa dominica erunt vespere de sancta Maria cum pleno servitio in crastino, scilicet in die lune, &c.*

Sancti Mathei apostoli et evangeliste.

# ¶ Sancti Mathei apostoli et evangeliste.

(xxj. Septembris.)

Festum inferius duplex et ix. lectiones fiant.

Ad primas vespertas.

AS:544; 1520-S:121r; 1531-S:141v.

4294.  
Ant.  
V.ii.

La-céntes De-o \* facti di-lécti quó-ni- am grá-ti- a  
et mi-se- ri-córdi- a est in sanctos e-jus et respéc-tus in e-  
léc-tos il-lí- us. S.A.E.

Psalmi feriales.

Capitulum. Ezechiel j. [10.]

**S**Imilitúdo vultus quátuor  
animálium, fácies hóminis et  
fácies leónis a dextris ipsórum | quátuor, fácies autem bovis a sinístris  
ipsórum quátuor : et fácies áquile  
désuper ipsórum quátuor.

R. Quátuor animália. *infra vj. [de matutinas]*.<sup>274</sup> {1398}.

1520-S:121r; 1531-S:141v.

sar0824.  
Hymn.  
I.

Athé-e sancte \* bi-no pro-lens mú-ne- re, Sé-

Sancti Mathei apostoli et evangeliste.

du- lis Je- sum interpél-la quéstibus : Ut nos in mundi gú-  
bernet turbí-ni-bus, Ne post e-tér-nus sórbe- at inté-ri-tus.  
Annue Christe. *in communi*. [645].

*V.* In omnem terram [exívit sonus eórum.

*R.* Et in fines orbis].<sup>275</sup> [651].

AS:544; 1520-S:121r; 1531-S:141v.<sup>276</sup>

Ant. I.v. 2511.

C-ce e-go \*Jo-hánnes vi-di ósti- um a- pértum  
in ce-lo, et ec-ce se-des pó-si-ta e-rat in e-o : et  
in mé-di-o se-dis et in circú- i- tu e- jus quá-tu- or  
a-nimá-li- a ple-na ó-cu-lis an-te et retro, et da- bant  
gló-ri- am et ho- nó-rem et be-ne-dic-ti- ónem se-dénti

Sancti Mathei apostoli et evangeliste.

su-per thronum vi-vén-ti in sé-cu-la se-cu- ló-rum.

*Ps. Magníficat. 53\*.*

[V.] [Orémus.]<sup>277</sup>

*Oratio.*

**D**A nobis<sup>278</sup> quésumus omní-potens Deus, ut beáti Mathéi apóstoli tui et evangelíste, quam prevénimus venéranda solénnitas : et devotíonem nobis áugeat et sálutem. Per [Dóminum].<sup>279</sup>

*Memoria fiat de sancto Laudo episcopo et confessore solenniter cum hac oratione.*

[V.] [Orémus.]

*Oratio.]<sup>280</sup>*

**P**Resta quésumus omnípotens Deus : ut qui beáti Laudi confessóris tui atque pontíficis solénnia cólimus, ejus intercessióne etérnam beatitúdinem consequámur. Per [Dóminum].<sup>281</sup>

**C** *Ad completorium omnia fiant sicut in festo sancte Trinitatis. [397].*

**C** *Ad matutinas.*

AS:545; 1520-S:121v; 1531-S:141v.

1132.  
Invit.  
III.

Egem \* e-vange-listá-rum Dó-mi- num.

†Ve-ni-te a- do-ré-mus. *Ps. Ve- ní-te. io\*.*

*Hymnus. Mathée sancte bino. {1384}. [V. Annue Christe. ut supra in primis vespbris.]<sup>282</sup> [645].*

¶ *In j. nocturno.*

AS:545; 1520-S:121v; 1531-S:141v.<sup>283</sup>

1. Ant.

I.v.



Onvo-cá-tis \* Je-sus du-óde-cim a-póstolo-lis mi-  
 sit il-los pre-di-cá-re regnum De-i : egréssi autem e-van-  
 ge-li-zá-bant et cu-rá-bant u-bique. *Ps. Celi enárrant. (xvij.)* [34].

1925.

[142r.]

2. Ant.

II.i.




Ittens Dó-mi-nus \* et á-li- os ad pre-di-cándum  
 di-cé-bat il-lis, Messis qui-dem mul-ta, ope-rá-ri- i  
 pauci. *Ps. Benedícam. (xxxij.)* [166].

3798.

AS:545; 1520-S:122r; 1531-S:142r.<sup>285</sup>

3. Ant.      AS:545; 1520-S:122r; 1531-S:142r.<sup>285</sup>  
 3482.      III.i.



E-su Chris-ti \* Dó-mi-ni grá- ti- a cre-dénti-bus  
 pópu-lis doctó-res et e-vange-líste sunt in mi-nisté- ri- um  
 fí-de- i missi. Ps. Eructávit. (xliji.) [206].

V. In omnem terram [exívit].<sup>286</sup> [651].

*Lectio prima.*



Rant duo  
 magi Zároes  
 et Arpháxat,  
 apud Ethíopes in  
 civitáte eórum magna  
 que dícitur Náddabar :  
 ubi erat rex Eglíppus. Hunc ítaque  
 ludificábant hi duo magi : ut dícerent  
 se deos esse. Et credébat<sup>287</sup> eis rex :  
 et omnis pópulus memoráte urbis. Et  
 ibat opínio eórum per totam  
 Ethiópiam : ita ut ex longínquis regi-  
 ónibus Ethiópie, venírent et adorárent

eos. Faciébant enim súbito hóminum  
 gressus figi : et támdiū immóbiles  
 stare, quámdiū voluíssent. Simíliter et  
 visus hóminum et audítus : a suo  
 offício refrenábant. Imperábant ser-  
 péntibus ut percúterent, quod  
 mágici<sup>288</sup> fácere solent : et ipsi incan-  
 tando curábant. Et ut vulgo dici so-  
 let, malignis major reveréntia exhi-  
 bétur timóre : quam benígnis amóre.  
 Tu [autem Dómine miseré  
 nostri].<sup>289</sup>

Sancti Mathei apostoli et evangeliste.

AS:545; 1520-S:122r; 1531-S:142r.<sup>290</sup>

1. Resp.

I.

6945.



N vi- si- ó- ne \* De- i vi- di et ecce

ven-tus túrri-bus ve-ni- é-bat ab aquí- ló-ne, nu-bés-

que mag- na et ignis invól- vens, splendórque in circú-

i-tu e- jus. †Et ex mé-di- o e- ó- rum si- mi-li-

tú- do quá- tu- or a-nimá-li- um et aspé- tus hó-

mi-nis e- rat in e- jus. ¶ De mé-di- o

autem e-jus qua-si spé-ci- es e-léc-tri : hoc est de mé- di-

6945a.

A musical score for three voices. The top voice has a soprano C-clef, the middle voice an alto F-clef, and the bottom voice a bass G-clef. The music consists of four measures of music followed by lyrics: "o ig- nis. †Et ex mé-di- o."

*Lectio ij.*

**C**Uram ergo Dóminus hómiuum gerens : Mathéum contra hos magos apóstolum misit. Qui ingrüssus civitátem : cepit detégere prestígia eórum. Omnes enim quos illi figébant : hic in nómine Jesu Christi solvébat. Quos illi cecábant : hic illuminábat. Quibus illi túlerant audítum : iste reddébat. Serpéntes ígitur quos illi ad percutiéndos hómines excitábant, hic convertébat in somnum : et percussiónes eórum facto signo Dómini curábat. Et non solum eos curábat quos illi ledébant : sed étiam omnes qui ad eum

ferebántur, ab infirmitátibus divérsis, atque a demónibus obséssos. Pre-dicábat autem virtútem Dei pôpulo : ita ut omnes miraréntur eloquéntiam ejus. Suscépit autem eum in domum suam fidélis ille eunúchus, a Philíppo dyácono baptizátus. In illis diébus mórtuus est filius regis Eglíppi : ad cujus funus stabant magi. Qui cum non possent suscitáre eum, suádebat regi eum in collégium deórum raptum, ut sit unus ex diis : et opórtere ei simuláchrum et templum fabricári. Tu autem.

AS:546; 1520-S:122v; 1531-S:142r.<sup>291</sup>

2. Resp.

7466.



II.

Uátu-or \* fá-ci- es u- ni e- rant et quá- tu-or  
pen-ne u-ni, pe-des e- ó-rum pe-des rec-ti, planta

pe-dis e- ó- rum ut ví- tu- li. †Et scintíl-le qua- si  
 aspéc-tus e- ris can- dén- tis. ¶ Sub pen-nis  
 e-ó-rum ma-nus hómi- nis in quá-tu- or pár- ti-  
 bus. †Et scintíl-le.

7466a.

*Lectio tertia.*

**T**unc eunúchus ille fidélis Dómino Jesu Christo : suggéssit regi et régine de apóstolo. Et missi sunt honoráti viri a látere regis : qui introduxérunt eum ad regem. Cui prostrávit se Euphenísia<sup>292</sup> regína et dixit, Scio te a Deo missum pro salúte hóminum, et ejus esse discípulum, qui mórtuos suscitábat : et omnes egritúdines ab homínibus suo repellébat império. Nuuc ergo veni et ínvoca nomen ejus super defúnctum filium meum : credo enim quod si hoc féceris, revivíscet. Dicit ei apóstolus, Quia dicis te crédere que nondum predicationem Dómini mei

Jesu Christi ex ore meo audísti : ídeo scias filium tuum tibi reddi. Ingréssus apóstolus ad defúnctum : expándit manus suas ad celum, et oratióne fudit ad Dóminum. Et post oratióne, apprehéndens manum defúncti : ait, In nómine Dómini mei Jesu Christi crucifixi : exúrge, Eufronon. Et conféstim exurréxit puer. Ad hoc factum expávit cor regis, et credens in Dóminum baptizátus est cum regína Euphenísia, et filio eórum qui suscitátus est Eufronon : et filia Ephigenía que virgo Dei permánsit. Tu autem.

Sancti Mathei apostoli et evangeliste.

AS:546; 1520-S:122v; 1531-S:142r.<sup>293</sup>

7671. 3. Resp. III.

I-mi-li-tú- do \* vultus a-ni-má-li- um fá- ci-  
 es hó- mi-nis et fá-ci- es le-ó- nis a dextris ipsó-  
 rum quá-tu-or, fá- ci- es ve-ro ví- tu-li a si-nís-tris  
 ipsó-rum quá- tu- or fá- ci- es autem á- qui-le dé-  
 su- per ipsó-rum quá-tu- or. †Et fá-ci- es et pen-  
 ne ex-tén- te dé- su-per e- rant. ¶ Du- e penne sin-  
 gu-ló- rum junge-bán- tur : et du- e te-gé-bant e-ó-rum  
 cór-po- ra. †Et fá-ci- es. ¶ Gló- ri- a Pa-tri et

Sancti Mathei apostoli et evangeliste.

Fí-li- o : et Spi-rí- tu- i Sancto. †Et fá-ci- es.

¶ *In ij. nocturno.*

AS:547; 1520-S:123r; 1531-S:142r.<sup>294</sup>

4. Ant.  
IV.ii.

4812.



Api- énci- am \* Dó- mi- ni e-vangé- li- i e-ru-pé-

runt a-býssi : et annun- ci- ántes fe-cun-dá-ti ro-re ce-  
lés- ti mun- do ínto-nant. *Ps. Omnes gentes. (xlvj.)* [208].

AS:547; 1520-S:123r; 1531-S:142r.<sup>295</sup>

5. Ant.  
V.i.

3555.



Abi- a e-ó- rum \* sa-lu-tá-rem disse-mi-na-vé-runt [142v.]

sci- énti- am : opus sanctum dignum be-ne-dic-ti- óne ple-  
num fe- cé-runt, mi-nisté- ri- um si-bi trá-di- tum de-vó-

te imple- vé-runt. *Ps. Exáudi Deus deprecationem. (lx.) [227].*

AS:547; 1520-S:123v; 1531-S:142v.

6. Ant.  
VI.

2630.

- lé-git e- os \*ex omni carne, et de-dit  
il-lis pre-cépta et le-gem vi-te et disci-plí-ne.

*Ps. Exáudi Deus orationem. (lxij.) [229].*

V. Constítues eos príncipes [super omnem terram].<sup>296</sup> [655].

*Lectio quarta.*

**F**abricávit autem rex ecclésiam in honore Dómini, quam vocávit Mathéus apóstolus resurrectióne : quóniam per resurrectióne defúncti, occasio edificatiónis ejus extíterat. Sedit autem in hac ecclésia Mathéus : annis vigínti tríbus. Et constituit presbýteros et dyáconos et per civitátes et castélla ordinávit epíscopos : et multas fabricávit ecclésias. Rex vero Eglíppus senectúte expléta perréxit ad Dóminum : et suscépit Hirtácus adélphus<sup>297</sup> impérium ejus.

Is cum vellet Ephigeniám filiam defuncti regis uxórem dúcere, que jam Christo dicáta erat, et sacrum vélamen de manu apóstoli accéperat, et que jam prepósita erat vírginum amplius quam ducentárum : sperábat quod per apóstolum posset ejus ánimum commóvere. Cepit ergo cum sancto Mathéo ágere dicens, Dimídium regni mei áccipe : tantum fac ut Ephigeniám possim meo matrimónio copuláre. Qui beátus apóstolus ait, Juxta bonum

propósum predecessoris tui regis qui omni die sábbati conveniébat ubi verbum Dei predicábam : fácto. Jube conveníre Ephigeniám et omnes

vírgines que cum ea sunt simul et pópulum, et áudies quanta bona de bono conjúgio loquar : quóniam satis Deo accépta sunt sancta conjugia.

AS:547; 1520-S:123v; 1531-S:142v.<sup>298</sup>

4. Resp.

IV.



A- ci- es \* et pen- nas per quá-tu- or par- tes  
 ha- bé- bant. †Ince-dén-tes non re-verte-bán- tur,  
 sed u-nusquódque i- bat ante fá- ci- em  
 su- am. ¶ Pe-des e- ó-rum pe-des rec- ti :  
 planta pe-dis ut plan- ta ví- tu- li. †Ince-dén-tes.

6709.

6709a.

*Lectio quinta.*

**A**UDITO Hirtácius promíssō apóstoli gratulátus est : et jussit congregatióne illam adésse, necnon et Ephigeniám interésse, quasi auditúram ex ore apóstoli, ut conjunx Hirtáci fieri consentíret. Facto autem

in congregatióne magno siléntio : apériens apóstolus os suum cepit sufficiénter eos edócere, de conjúgio bono.<sup>299</sup> Et post hec adjécit, Si hódie desponsátam regis servus regis usurpáre áudeat, non solum offénsam,

sed etiam tam grande crimen incurrisse dinoscitur : ut merito vivens tradatur flammárum incéndiis, non ideo quia duxit uxorem, sed quia despósatam regis sui accépit, aut melioris se, vel certe sui domini matrimónium usurpáre stúduit. Ita et tu o fili charíssime rex Hirtáce, sciens Ephigeniám filiam regis predecessoris tui sponsam Regis celéstis efféctam, et sacro velámine consecrátam,

quómodo póteris sponsam Potentiórte tollere, et tuo eam matrimónio copuláre ? Ad hanc vocem Hirtáce rex ira accénsus abscéssit. Tunc Ephigenia prostrávit se coram omni populo ad pedes apóstoli : et dixit, Obsécro te per ipsum Dóminum cuius apóstolus es, ut impónas super me et super omnes has vírgines manus : ut per verbum tuum Dómino consecráte, possimus evádere minas Hirtáci. Tu.

AS:547; 1520-S:123v; 1531-S:142v.<sup>300</sup>

7670. 5. Resp. V.



I-mi-li-tú-do \* as-péctus a- ni-má- li- um ut


carbó- num ignis ardén- ti- um, et ve- lut aspéc-tus lampá-

dá- rum. †U- bi e- rat spí- ri-tus ím-pe-tus il-

7670a. luc gra-di- e-bán- tur cum am-bu- lá-rent. V. Et u-num-

quódque e- ó-rum i- bat ante fá- ci- em su- am.

V.



†U- bi.

*Lectio sexta.*

**T**unc apóstolus confidéntiam habens in Dómino Deo suo, et pénitus non timens Hirtácum : dedit super eas benedictiónem dicens, Tu Dómine has fámulas tuas quas bonus pastor elígere dignátus es, ad conservándam corónam perpétue virginitátis, et castimóniam ánime, protectiónis tue scuto circunt ege : ut vincéntes carnis illécebras, et illícita connúbia recusántes, insolubilem Fílii tui Dómini nostri Jesu Christi cópulam mereántur. Virtútum armis has fámulas tuas intérius exteriúsque commúniens, presta eis inoffénsum cursum implére virginitatis : per ipsum Dóminum nostrum Jesum Christum Redemptórem animárum nostrárum, cum quo est tibi Deo Patri, in unitáte Spiritussáncti honor et glória, per ómnia sécula seculórum amen. Cum ítaque celebráta ab apóstolo missa mýstéria<sup>301</sup> Dómini suscepísset omnis ecclésia, et unusquisque ad domum própriam remeáasset : retínuit se apóstolus juxta

altáre, ut ubi fúerat corpus Christi ab eo conféctum, ibi consummáret martyrium. Ubi eum expássis máni-bus orántem spiculátor ab Hirtáco [143r.] missus ictu gládii a tergo punxit : et Christi mártyrem fecit. Quo audítio : omnis pópulus ad palácium cum igne pergebat. Tunc furénti pópulo occurrérunt omnes presbýteri, dyacóni et clérici, et omnes religíosi viri : simul cum discípulis sancti Mathéi apóstoli dicéntes, Nolíte fratres contra precéptum Dei ágere. Celebrémus martyrium apóstoli cum gáudio : et quod Dóminus ordináre volúerit expectémus. Post módicum Hirtácus elephantíno morbo irremediabíliter percússus, cum a nullo medicórum posset curári : sicut a tergo apóstolum Dómini interfécerat, ita seípsum a stomácho mucróne gládii perforávit. Hoc órdine confirmáta est pax fámule Christi Ephigenie et univérse ecclésie : prestánte Dómino nostro Jesu Christo, qui vivit et regnat per ómnia sécula seculórum amen. Tu autem.

Sancti Mathei apostoli et evangeliste.

AS:548; 1520-S:124r; 1531-S:143r.<sup>302</sup>

6. Resp. VI.

7465.  Uá-tu-or \* a-nimá- li- a i-bant et re-verte-

bán- tur in simi-li-tú- di-nem fúl- gu-ris cho-rus-

cán- tis, et e- rat in mé- di- o. †Splendor ig- nis.


7465a.  ‡Et de ig- ne fulgur egré- di- ens. ¶ E-rat

au-tem qua-si ví-si- o dis-cúr-rens in mé-di- o quá-tu-or

a- ni-má- li- um. †Splendor. ¶ Gló- ri- a

Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí- tu- i Sanc-to.

‡Et de ig- ne.



**I** In iij. nocturno.

AS:548; 1520-S:124r; 1531-S:143r.<sup>303</sup>

7. Ant.

VII.i.



- lécti sunt in Chris-to \* ante mundi consti-tu-ti-

2625.

ónem ut essent sanc- ti et imma-cu-lá-ti in conspéctu  
De- i in ca-ri- tá-te. Ps. Confitébimur. (lxxiiij.) [248].

AS:548; 1520-S:124v; 1531-S:143r.<sup>304</sup>

8. Ant.

VIII.i.



Api- énci- am \* e- ó-rum narrá-bunt omnes pó-

4814.

pu-li : et laudem e- ó-rum pronúnci- at omnis ecclé-si- a  
sanctó-rum. Ps. Dóminus regnávit exultet. (xcvj.) [278].

AS:549; 1520-S:124v; 1531-S:143r.<sup>305</sup>

9. Ant. I.viii.

4993.

Pí-ri- tu \* intel-li-génci- e replé-vit e-os Dómi-nus :  
et ipsi tanquam ymbres mi-sé-runt e-lóqui- a sa-pi- én-  
ci- e su- e. Ps. Dóminus regnávit irascántur. (xcvij.) [289].

V. Nimis honoráti [sunt].<sup>306</sup> [659].

¶ Secundum Matheum ix. [9-13.] [Lectio vij.]

**I**N illo tempore, Cum transíret Jesus, vidi hóminem sedéntem in thelóneo, Mathéum nómine : et ait illi, Séquere me. Et réliqua.

*Omelia venerabilis Bede presbyteri.  
[xij. libri secundi.]<sup>307</sup>*

**I**dit Salvátor<sup>308</sup> hóminem non tam corpóreo intúitu quam intérne miseratiónis aspéctibus : id est miserátus est eum,<sup>309</sup> pertináci vidélicet ánimo, humánis tantum stúdiis déditum, temporálibus lucris inhiántem, necdúmque evangélico nómine dignum. Quod ob id útique providéntia supérna dispósuit : ut nullum enórmitas suórum scélerum a

speránda vénia revocáret, cum hunc tantis mundi néxibus absolútum, tam celéstem factum conspíceret, ut communicáto cum angélicis spirítibus vocábulo : evangelísta nominarétur, et esset. Mathéum inquit nómine. Mathéus Hebráice : Latíne dícitur Donátus. Quod profecto nomen illi apte cóngruit : qui tantum supérne grátie munus accépit. Vocabátur et Levi quod interpretátur Additus sive Assúmptus : quia assúmptus est per electióinem a Dómino, et ádditus ad númerum gradus apostólici. Tu autem.

AS:549; 1520-S:124v; 1531-S:143r.<sup>310</sup>

7. Resp.

VII.



6354.

Um aspí- ce-rem \* a- nimá-li- a, ap-pá-ru- it

ro- ta u- na juxta e- a, quá-tu- or ha- bens

fá-ci- es. †Et u- na si- mi- li-tú- do ipsá- rum quá-

tu- or. *V.* Aspec- tus ro-tá-rum et o-pus e- á- rum

qua-si vi- si- o ma- ris.

†Et u- na.

*Lectio octava.*

**V**idit ergo Dómimis publicánum, et quia miserando atque eligendo vidi: ait illi, Séquere me. Séquere autem dixit, imitáre. Séquere dixit non tam incüssu pedum: quam executione morum. Qui enim dicit se in Christo manére: debet sicut ipse ambulávit, et ipse ambuláre. Et surgens secútus est eum. Non est mirandum quod publicánus ad

primam jubéntis Dómini vocem, terréna que curábat lucra relíquerit: opibúsque negléctis comitátui ejus quem nichil divitiárum habére cemébat, adhéserit. Ipse enim Dóminus qui eum foris verbo vocávit: intus invisibili instínctu, ut se sequerétur edócuit, infúndens menti illius lumen grátie spirituális, qua intelligeret, quia his quos a


temporálibus vocábat in terris, incorruptíbiles dare váreret thesáuros in celis. Et factum est discumbénte eo in domo : ecce multi publicáni et peccatóres veniéntes, discumbébant cum Jesu et discípulis ejus. Unius publicáni convérso : multis ex émplum peniténtias et indulgénzie publicánis et peccatóribus tríbuit. Et


pulchro vero preságio, is qui apóstolus et doctor géntium erat futúrus : in prima sui conversióne peccántium post se gregem trahit ad salútem, officiúmque evangelizándi, quod proficiénte mérito virtútum erat expletúrus, a primis jam fidei sue rudiméntis incépit. Tu autem.

AS:549; 1520-S:124v; 1531-S:143r.<sup>311</sup>

8. Resp. VIII.

7699.  Ta-tú-ra e- rat \* ro-tá- rum et al-ti-tú- do  
 hor- rí-bi- lis, to-túmque cor-pus ple- num ó-  
 cu-lis. †Et aspé- tus e- á- rum et ó- pe-ra, qua- si si  
 7699a. sit ro- ta in mé-di- o ro- te.  Per  
 quá-tu- or partes i-bant, et non re-ver-te-bán-tur





*Lectio nona.*

[143v.]

**Q**ui quidem Mathéus, quantum ad generale judicium respicit, congruam beneficiis celéstibus vicem repéndit, ut a quo prémia<sup>312</sup> bona sperábat, illi sua temporalia comodáret : eúmque corporálibus épulis reficeret, a quo ipso donánte gustum spirituális accéperat suavitatis. Et non tantum in domo sua terréstri convívium Dómino corporále exhíbuit : sed multo grátius illi convívium in domo péctoris sui per fidem ac dilectionem parávit. Libet meminisse fratres mei ad quantam Dóminus arcem justicie, Mathéum quem de publicánis áctibus élégit : ut spem remissiónis peccatóribus ampliáret, advéxerit. Qualis namque sit factus : ipse apostolórum númerus cui insortus est, docet. Docet et ipsa gens Ethíopum, quam de finib⁹ terre últimis ad sancte ecclésie societátem

predicando convértit : ablutámque fonte baptismatis, de fusca formósam redidit, quam viciórum nigrédine exuit, ac virtútum decorávit ornátu. Docet et ipsum Evangélium : in quo scribendo<sup>313</sup> Novi testaménti consecravit exordium. Cui speciáli privilégio donatum est : ut Domínice incarnationis mystéria, que cuncti a século prophéte futura precinébant, ipso primus ómnium jam facta descripserit, et credéntibus legénda transmiserit. Quod videlicet Evangelium ad edificandam fidem ecclésie primitíve, que ex Hebreórum máximo populo collécta est : Hebreo sermóne compósuit. Dilatáta autem per orbem ecclésia, et Grecis ac bárbaris in ejúsdem fidei unitátem confluéntibus, curavérunt présules fidélium, ut idem etiam in Grecum Latinumque transferréetur elóquium.

AS:549; 1520-S:125r; 1531-S:143v.<sup>314</sup>

9. Resp.

I.



Um ambu-lá-rent \* a- nimá- li- a ambu-

6353.

Sancti Mathei apostoli et evangeliste.

lá- bant et ro- te jux- ta e- a. †Quo-

cúmque i-bat spí-ri- tus. ‡Il-luc pá-ri-ter et ro- te

6353a. e-le-va-bán- tur se-quéntes e- um. ¶ Cum e-le-

va-réntur a-nimá-li- a de ter-ra : e- le-va-bántur et

ro-te jux-ta e- a. †Quo- cumque.

¶ Gló-ri- a Pa-tri. ‡Il-luc pá-ri-ter.

*Ante laudes.*

¶ Dedísti hereditátem.

[¶ Timéntibus nomen tuum].<sup>315</sup> [662].

**C In laudibus.**

AS:550; 1520-S:125v; 1531-S:143v.<sup>316</sup>

1. Ant.

VIII.i.



I-léc-ti De-o \* et ho-mí-ni-bus sanc-ti e-van-  
ge-líste, qui orna-vé-runt témpo-ra Chris-ti bono  
odó-re usque ad consumma- ti- ónem vi-te.

2226.

*Ps. Dóminus regnávit. (xcij.) [45].*

AS:550; 1520-S:125v; 1531-S:143v.<sup>317</sup>

2. Ant.

VIII.i.




E-dé- runt \* in ce-lebra-ti- ónem ópe-ris sancti  
de-cus : í- de-o memó-ri- a e- ó-rum est in be-ne-dic-ti-  
ó-ne in sé-cu-lum sé-cu-li. *Ps. Jubiláte. (xcix.) [46].*

2131.

Sancti Mathei apostoli et evangeliste.

AS:550; 1520-S:125v; 1531-S:143v.<sup>318</sup>

3. Ant. AS:550; 1520-S:125v; 1531-S:143v.<sup>318</sup>  
2746. III.i.




X ómni \* corde lauda-vé-runt nomen sanctum  
 Dó-mi-ni, ut ampli-fi-cá-rent nomen sancti-tá-tis.

Ps. Deus Deus. (*lxij.*) [47].

AS:550; 1520-S:125v; 1531-S:143v.<sup>319</sup>


4. Ant. AS:550; 1520-S:125v; 1531-S:143v.<sup>319</sup>  
3199. IV.i.



Mplé-vit \* e- os Dó-mi-nus spí-ri- tu sa-pi- én-  
 ti- e et intel-léc-tus : jo- cundi-tá- tem et exulta- ti-  
 ónem the-sauri-zá- vit su-per e-os. Ps. Benedícite.  
 (*Daniel iij.*) [48].

AS:551; 1520-S:125v; 1531-S:134v.<sup>320</sup>

5. Ant. AS:551; 1520-S:125v; 1531-S:134v.<sup>320</sup>  
2103. VII.iv.



A-tum est \* opus e- ó-rum in ve-ri- tá-te : í-de-o

Sancti Mathei apostoli et evangeliste.

in terra su- a duplí-ci- a possi- dé-bunt : et le-tí-ci- a sem-  
pi-térna e-rit e- is in Christo. *Ps. Laudáte. (clxvij.) [49].*

*Capitulum. Similitúdo vultus. [ut supra in primis vesperis.]*<sup>321</sup> {1384}.

*Hymnus. Exúltet celum [láudibus. in communi.]*<sup>322</sup> [664].

AS:551; 1520-S:126r; 1531-S:143v.<sup>323</sup>

Ant. VIII.i. 3257.

N mé-di- o \* et in cir-cú- i-tu se-dis De- i quá-tu-  
or a-nimá-li- a se- nas a-las ha-bénti- a, ó-cu- li un-dí-  
que ple-na non cessant noc-te ac di- e dí-ce-re : Sanctus,  
sanctus, sanctus, Dómi-nus De- us omní-po-tens, qui e-  
rat, et qui est, et qui ventú- rus est. *Ps. Benedíctus. 68\*.*

## *Oratio.*

**B**éati Mathéi apóstoli tui et evangeliste Dómine précibus adjuvémur : ut quod possibilitas nos- tra non obtinet, ejus nobis intercessióne donétur. Per Dóminum.

*Memoria fiat solennis de sancto Laudo. Oratio ut supra. {1386}.*

I Ad j.

*Ant. Dilécti Deo. [j. de laudibus.]*<sup>324</sup> {1405}.

*Ps. Deus in nōmine [tuo].<sup>325</sup> (lij.) [95].*

*Ant.* Grátias tibi Deus. [99].

Ps. Quicunque. [100].

**¶ Ad iij.**

*Ant.* Dedérunt [in celebratióne].<sup>326</sup> {1405}.

*Ps.* Legem pone. (*cxvij.* 33.) [132].

*Capitulum. Similitudo [vultus. ut supra in primis vesperis].*<sup>327</sup> {1384}.

*Responsoria et versus de communi apostolorum ad omnes horas dicuntur, cum oratione*  
Beati Mathéi. *ut supra.* {1408}.

¶ Ad vj.

*Ant.* Ex omni corde. {1406}.

*Ps. Defécit. (cxvij. 81.) [141].*

*Capitulum. Ezech. j. (13.)*

¶ Ad ix.

*Ant.* Datum est. {1406}.

Ps. Mirabilia. (cxviiij. 129.) [150].

*Capitulum. Ezech. j. [13.]*

**L**Ec erat visio discurrens in medio animálium, splendor ignis, et de igne fulgur egrédiens : et animália ibant et revertebántur in similitudinem fulgoris choruscántis.

**C** Ad ij. vesperas.

*Ant. Jurávit Dóminus. [in communi.]<sup>328</sup> [675].*

*Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [311]. et alie antiphone cum suis psalmis de apostolis que sequuntur.*

*Capitulum. Similitudo. ut ad primas vespertas. {1408}.*

*R. Cum ambulárent. ut supra ix. [matutinas].<sup>329</sup> {1403}.*

*Hymnus. Exultet celum. [in communi].<sup>330</sup> [665].*

*V. Annunciavérunt [ópera Dei].<sup>331</sup> [672].*

AS:551; 1520-S:126v; 1531-S:143v.

Ant.  
III.iv.



4813.

Api- énti- am \* antiquó-rum ex-qui-si- é- runt  
 sanc- ti e-van-ge-líste, et prophe-tá-rum dic-tis narra-  
 ti- ó-nem su- am confirma-vé-runt. Ps. Magníficat. 58\*.

*Oratio. Beáti Mathéi. [ut supra].<sup>332</sup> {1408}.*

*Deinde fiat solennis memoria de sancto Mauricio sociisque ejus [martyrum]<sup>333</sup> cum hac oratione.*

**A**nnue quésumus omnípotens Deus, ut nos sanctórum mártirum tuórum Maurícii, Exupérii, Cándidi, Victóris, Innocéntii, et Vitális<sup>334</sup> ac sociórum eorúndem letíficet festiva solénnitas : ut quorum

{1409}

Sancti Mathei apostoli et evangeliste.

---

suffrágiiis nítimur, natalíciis glori- | émur. Per Dóminum.

# **I** In festo sancti Mauricii sociorumque ejus martyrum.

(xxij. Septembri.)

Novem lectiones fiant cum oratione ut supra. {1409}.

## Lectio j.

[144r.]

**O** IOCLECIÁNUS [vero]<sup>335</sup> quoniam Románe reipúblice princeps, cum ad impérium fuisset éléctus, aliquásque províncias perturbári quorúmdam presumptióne perspíceret : ad consórtium impérii vel labóris, olim sibi commilitónem Hercúlium Maximiánum Cesárem fecit, eúmque contra Amándum et Heliánum, qui in Bagaudáram pár-

tibus presumptióne servíli arma commóverant,<sup>336</sup> ad Gálliam destinávit, cui ad suppléméntum exércitus legiónem Thébeam ex orientálibus milítibus ire precépit. Que légio sex mília sexcéntos sexagínta sex viros válidos ánimis, et instrúctos armis : antiquórum Romanórum habébat exémplo. Tu autem [Dómine misere nostri].<sup>337</sup>

## Lectio secunda.

**H**II ígitur mílites Christiáne religiós ritum orientáli traditióne suscéperant, a Hierosolymitáne urbis epíscopo : fideíque sacra virtútem, armis ómnibus preponébant. Ad urbem quippe Románam itínero attinéntes : eándem Christianitatis fidem quam accéperant, non violavérunt. Recépti ígitur a Dyocleciáno Cesáre : jubéntur ut post Maximiánum cóllegam itínero quo céperant, Gállias téderent. Maximiánus Cesar in Gállias próperans, post árdum et hórridam Alpium viam ad ópidum

Octodórum venit : ubi erat campéstris loci grata planícies. Ibique sacrificátorus ydolis suis conveníre exércitum jussit, atróci<sup>338</sup> propórita jussióne : ut per aras demónibus consecrátas jurárent, equálibus ánimis contra Bagaudárum turbas<sup>339</sup> esse pugnándum, Christiános vero velut inimícos diis suis, ab ómnibus persequéndos. Quod ubi primum pervénit ad notíciam Thébee legiónis, pretériens Octodorénsē ópidum, ad locum cui Agáunus<sup>340</sup> nomen est celériter próperávit : ut octo miliárium spácio ab

Octodóro separáta, necessitátem com-  
mitténdi sacrilégii preteríret. Tu

autem.

*Lectio tertia.*

**A**ximiánus Cesar dum ad sacraménta cunctos in exércitu suo cógeret : agnóvit pretergréssum ut díximus légionem. Súbito iracúndie furóre complétus : satéllites mitiit, ut légionem ad sacramentórum suórum sacrilégia revocárent. Erat in eádem légione primicérius Maurícius, et signifer Exupérius, et Cáandidus senátor. Qui ita commilitónibus suis préerant, ut amóre pótius divinitátis quam terróre militári obediénda precíperent : viri in rebus béllicis strénui et virtúte nóbiles, sed fide in

Deo nobilióres. Erga imperatórem fortitúdine : erga Christum devotíone certábant. Evangélici precépti sub armis custódes, reddébant que Dei erant Deo : et que Cesáris Cesári restituébant. Requírunt ítaque : quid Maximiánus Cesar ira dictánte mandáasset. Dictum est eis, quod Cesar júberet mílités omnes immoláre hóstias, libáre sacrificia, et sacraménta fanátici órdinis attrectáre : jubére Cesárem ut légio festinánte reverteréatur, et ad commilitónum se preparáret exémplum. Tu autem.

*Lectio quarta.*

**T**unc hi qui préerant légioni, miti affátu dedérunt respónsum, ob hoc se transgréssos Octodórum : quia jam fama ad eos de sacrificiórum órdine pervenísset. Nephás<sup>341</sup> sibi visum esse ut demónium aris Christiáni contaminári videréntur : Deum unum se cólere, et tráditam orientáli more religiónem usque ad finem vite perénniter custódire. Ad bellórum usum parátam légionis esse virtútem : ad committénda vero sacrilégia sicut Cesar precépit, Octodórum non redíre. Revérsus

ítaque satélles núnciat obstinátos esse ánimos légionis : nec velle precéptis imperatóris obedíre. Tunc Maximiánus Cesar iracúndie nimietáte succénsus : ad hanc vocem, súbito furóre prosilivit dicens, Ergo mílités mei, imperatóris precépta et sacrificiórum méorum órdinem spernunt ? Statuénda esset vindicta pública : étiam si tantum majestátem régiam contémnere voluíssent. Júngitur despéctui meo celéstis injúria : et mecum páriter relígio Romána contémnitur. Tu autem.

*Lectio v.*

[144v.] **S**entiat cónturnax miles me non solum michi : sed étiam diis meis dare posse vindictam. Jam nunc fidissimórum meórum turba festinet : décimum quemque morti, funésta sors prébeat. Discant equálem necem, quos ordo permíserit<sup>342</sup> moriéndi : quáliter Maximiánus vel sibi vel diis suis hac severité déderit ultiórem. Apparítoris jússio infáusta perágitur, ad légionem velóciter properátur : crudélia precépta rese-rántur. Tradúntur neci : quos ordo reperit<sup>343</sup> numerándi. Leti percus-sóribus cervíces prebent : soláque inter eos erat de glorióse mortis

acceleratióne conténtio. Perfécto itaque scélere : ut Octodórum légio rédeat jubétur. Tunc Maurícius primicérius páululum a satellítibus régiis segregátus, cónvocat légiónem : et hac oratióne confórtans allóquitur, Grátulor virtúti vestre commilitónes óptimi : quod amóre religiónis, nul-lam vobis Cesáris precéptum áttulit formídinem. Gaudéntibus quodám-modo ánimes tradi ad necem glori-ósam : commilitónes vestros vidístis. Hic Dóminus Christus plane mentes vestras manúsque prohíbuit : ne quisquam divíno óperi mortálibus dextris obstáret. Tu autem.

*Lectio vij.*

**H**ec quoque athléta Dómini Maurícius : in contéxtu sue exhortatiónis locútus est. Háctenus exémpla sacris insérta codícibus legebámus : jam nunc per nos-metípsos quos sequi deberénxus aspéximus. Ecce vallátus sum com-militónum meórum corpóribus : quos de látere meo funéstus satélles abstráxit. Aspérsum sum cruóre sanctórum : et sanguinis relíquias in véstibus meis porto. Et non dúbito eórum sequi necem : quórum grátulans admiror exéplum. Eya fortíssimi commilitónes, olim devótas

ánimas subdámus preciosíssime passi-óni. Sit nobis virílis ánimus : fides invioláta permáneat. Jam cerno ante tribúnal Christi stantes eos : quos neci paulo ante satélles régios deputávit. Illa vera glória est : que eternitatēm beátam, vite hujus brevitatē mercátur. Mílites Christi, a sancto Maurício confortáti : equáli omnes ánimo, una voce respónsum satélliti régio dedérunt. Id núncta, Mílites quidem Cesar tui sumus, et ad defensióнем reipúblice Románe arma suscépimus, nec unquam aut deser-tóres bellórum aut proditóres, milítie

tue fuimus : aut ignávie seu formídinis merúimus subíre flagítium. Tuis étiam obtemperámus precéptis : nisi in eo quod institúti légibus Christiánis, demónum cultus et aras semper pollútas sanguine vitámus. Compérimus precepísse te, aut sacrilégiis nos pólui : aut denis

interféctis terreri. Non inquirás lón-  
gius litántes : nos omnes Christiános  
esse cognósce. Habébis potestáti tue  
súbdita ómnium córpora : auctórem  
vero suum respiciéntes Christum  
ánimas non ténebis. Legiónis pro-  
bátur assénsio : et Cesári per satélites  
nunciátur. Tu autem.

*Lectio septima.*

**A**ximiánus Cesar presénti pre-  
cépit jussióne : ut itérum déci-  
mum quemque renováte crudelitátis  
ordo consúmeret. Post hanc vocem  
ad legiónem velóciter properátur,  
crudélia precépta peragúntur : relíqui  
vero ut Octodórum rédeant jubén-  
tur.<sup>344</sup> Tunc Exupérius campidúctor  
corréptis legiónis sue signis : hac  
circunstántes oratióne allóquitur,  
Tenére me commilitónes óptimi  
seculárium quidem bellórum signa

perspícitis : sed non ad hec arma  
próvoco, non ad hec bella ánimos  
vestros virtutémque cohórtor. Aliud  
vobis<sup>345</sup> genus eligéndum est preli-  
órum : nam per hos gládios non  
póssumus ad celéstia regna properáre.  
Robur nobis necessárium est animó-  
rum : fidem quam Deo promísimus in  
últimis custódire. Jam de commi-  
litónum nostrórum glória, eórum qui  
divínū cernunt obtúitum : súperest  
ut víctori Deo grátias agámus. Tu.

*Lectio viiij.*

**G**loriosus vir Maurícius sic est  
locútus, Ego vobis victóriam  
plena si Christo créditis repromítto.  
Projícant dextre vestre arma ista cum  
insigniis militáribus : prestábit hoc  
Christus ut mox in ipso celésti regno  
ália vobis Exupérium vestrum videáatis  
signa monstráre. Vadat quinímmo  
funéstus satélles : et hec truculénto  
regi núnctiet, Mílites sumus, impe-

rátor tui : sed tamen servi quod líbere  
confitémur Dei, a quo vite exórdium  
súmpsimus. Sequi imperatórem in  
hoc non póssumus : ut auctórem  
nostrum negémus Deum, auctórem  
étiam velis nolis tuum.<sup>346</sup> Christiáni  
sumus : pérsequi Christiános non  
póssumus. Mori magis quam occí-  
dere paráti sumus : et innocéntes  
interíre quam nóxií vívere preop- [145r.]

támus. Inexsuperábiles legiónis istíus ánimos cognósce. Tela projícimus : fide cathólicum pectus est armátum. Occíde, prostérne : secándas gládiis cervíces prebémus intrépidi. Rémeans ad Maximiánum Cesárem satélles :

mandáta legiónis núnciat. At ille quasi nichil iteráto fuisset scéleris perpetrátum, ire própere exércitum jubet : et circundári ímparat legiόnem, nullúmque de sanctórum exércitu relínqui. Tu autem Dómine.

*Lectio nona.*

**V**entum ítaque est : et circun-sístit<sup>347</sup> beátam legiónem turba carníficu. Omnis etas sine discretióne perímitur, laniantúrque beatórum córpora : et devóte Deo áname fidéli mortis professióne commen-dántur. Opérta est terra illic pro-cumbéntibus in morte corpóribus justórum : fluxerúntque preciósí sán-guinis rivi. Sic interfécta est illa plane beatórum légio : que ut crédimus cum illis angelórum legiónibus jam colláudat Deum in celis. O quanta reveréntia excoléndus est sacer ille Agaunénsum locus : in quo tot pro Christo mártirum mília ferro Cesáris perimúntur. Perácta tandem cede, inter omnes sanctórum percussóres prada divíditur. Namque Maximiánus facultátem déderat, ut quicúnque legiónis illíus mílitem jugulásset : juguláti spóliis uterétur. Hec autem tantum de número illo et multitudine mártirum, nobis compérta sunt

nómina beatissimórum scílicet Mauríci, Exupérii, Cándidi, Victóris, Innocéntii, atque Vitális. Cétera vero nómina nobis quidem incógnita : sed in libro vite sunt scripta. Córpora vero eórum post multos passiónis annos, sancto Theodóro illíus loci in quo passi sunt epíscopo : reveláta tradúntur. Sed et post longum témporis tractum : beáti Innocéntii mártýris membra Rhodánus revelávit. Jugi enim inundatióne ad sepultúram mártýris famulátrix unda pervénit, sanctíque córporis relíquias léniter allámbens protulit : non ídeo ut in gúrgitis sui procélla eas demérgeret : sed ut gloriósa fidélium devotióne intra ámbitum basílice céteris mar-týribus consepelirétur. Cujus trans-latio a Domicíano Genevénsi, et Grato Augustáne urbis, vel Prothásio tunc témporis loci illíus epíscopo : celébriter facta est. Tu autem.

*Cetera omnia fiant de communi plurimorum martyrum. [739].*

Sancte Tecle virginis.

---

¶ *Sancte Tecle virginis non martyris.*

(*xxiiij. Septembris.*)

*Tres lectiones fiant cum nocturno &c. omnia fiant de communi hystoria unius virginis non martyris et etiam oratio. [916].*

## ¶ *Sancti Firmini episcopi et martyris.*

(xxv. Septembbris.)

*Tres lectiones fiant et oratio de communi.* [729].

### *Lectio i.*<sup>348</sup>

 Irminus vero cum esset decem et septem fere annorum, litteris et doctrina catholica instructus : cepit religionis studio proficere. Nam ad ecclisas

horis singulis inhianter [intendens]<sup>349</sup> laudes et honores Deo et sanctis ejus reddere properabat assidue. Tu autem [Domine miserere nostri].<sup>350</sup>

### *Lectio secunda.*

 Unque proficeret annis<sup>351</sup> fere septem in religionis studiis, et sapientias gradibus ad virtutum culmina promineret : Honestus<sup>352</sup> presbyter, dum [in]<sup>353</sup> senectutis tempore aggravatus esset, sepe dirigebat eum per vicos et suburbana

civitatis, ut predicationis verbo populum jam Deo devotum confirmaret. Quia ipse quamvis in juventutis floribus existeret : tamen cum omni gravitate et constantia populum ubique ad Christiane religionis studium provocabat.

### *Lectio iii.*

 T dum hec pater et magister ejus Honestus consideraret : quod in ipso gratia spiritalis esset coram omnibus, in verbo ac doctrina magis ac magis : direxit<sup>354</sup> ad Honoratum Tholosane urbis episcopum ut eum ad episcopatus gradum et gratiam impositis manibus constitueret. Quem ut vidit Honoratus episcopus : cognovit in eo, quia

in hoc predestinatus et electus esset a Domino, ut verbum vite et salutis gratiam in gentibus predicaret. Confessus est igitur Christum in martyrio beatus Firminus episcopus, et martyrizatus est in civitate Ambianensis in confessione : sub die septimo kalendas Octobris. Tu autem.

*Cetera omnia fiant de communi hystoria unius martyris et pontificis et etiam oratio.*<sup>355</sup>  
[729].

## ¶ *Sanctorum Cypriani et Justine martyrum.*<sup>356</sup>

(xxvij. Septembris.)

*Tres lectiones fiant : et invitatorium duplex.*

### *Lectio prima.*

 Ipriánus [vero]<sup>357</sup> epíscopus sanctam Justinam vírginem promóvit in monastério vírginum abbatíssam : et constituit

eam matrem in monásterio vírginum. Multos étiam Cypríanus illuminábat per verbum Dei : et convertébat [145v.] augens gregem Christo.

### *Lectio secunda.*

 Anctus vero Cypríanus epíscopus per epístolas suas et ecclésias omnes ut Paulus apóstolus consolabátur et confirmábat : et per civitátes singulas multos convertébat ab erróre. Malígnus autem serpens ut ásselet dyábolus, per suos ímpios

hómines suggéssit Eutolímio cómiti oriéntis : quia Cypríanus epíscopus doctor Christianórum, ipse destrúxit glóriam deórum nostrorum, et omnem oriéntem sedúxit per mágicas artes, cum aliqua vírgine Justina nōmine suádens non immoláro diis.

### *Lectio iij.*

 Ucti sunt ergo Cypríanus et Justina ad flúvium qui vocátur Gallus : ut decollaréntur. Orávit vero sanctus Cypríanus pro cunctis ecclésiis : pro Dei minístris, et pôpulo Christiano. Et consignans se signo Christi, fecit a dextris suis stare sanctam vírginem : rogans ante se débere consummári. Cepit ergo Cypríanus grátias ágere dicens, Benedíctus es Dómine qui suscepísti ánimam fámule tue : et me

peccatórem jube cursum consummáre. Theognítus quidam Christiánus de peregríno véniens : vidit sanctum Cypríánum quia dúcitur decollári, currens osculátus est eum. Ferínus quidem cognátus regis vidit Theognítum osculántem Cypríánum : et irátus jussit eum decollári. Consummáti sunt vero in Dómino, et consummavérunt martýrium : Cypríanus, Justína, et Theognítus. Tu [autem Dómine miserére nostri].<sup>358</sup>

*Cetera omnia de communi plurimorum martyrum et similiter oratio. [739].*

# ¶ Sanctorum Cosme et Damiani fratrum et martyrum.

(xxvij. Septembris.)

Tres lectiones fiant : et invitatorium duplex cum hac oratione.

**A**gníficet te Dómine sanctórum mártýrum tuórum Cosme et Damiáni beáta solénnitas : qua et illis

glóriam sempitérnam, et opem nobis ineffábili providéntia contulísti. Per.

## Lectio prima.

**N**Empóribus Dioclecíani et Maximiáni imperatórum : facta est persecútio Christianórum in civitáte Egea. Sedens itaque procónsul Lysias pro tribunáli : audívit ab officio suo vitam beatissimórum mártýrum Cosme et Damiáni, que et quanta per eos Dómimis circa egrotántes ágeret, et quod essent Christiáni medicína arte imbúti, circuneúntes civitátes vel províncias infírmos sanántes, et omnes oppréssos a spirítibus immúndis, in nómine ejus qui dicitur Christus curántes, sed eb alía signa in ejus nómine faciéntes. Et hec vi-déntes cultóres deórum nostrórum : recédunt a sacratíssimis immolati-ónibus eórum. Audiens ígitur preses

que fiébant per sanctos : dírigit quosdam de officio, qui eos ténerent. Et statim ab apparítóribus<sup>359</sup> presentántur. Aspíciens eos impiíssimus preses : dixit, Quare vos civitátes circuneúntes vel províncias, quam plúrimos cógitis recédere a Deórum nostrórum cultúra ? Primum quidem dícite michi cujus estis províncie : et que sunt nómina vestra, vel cujus estis fortúna ? Mártires dixerunt, Hoc si vis scire : Arábias províncie cives sumus. Nómina nostra hec sunt. Ego quidem Cosmas dicor : frater meus Damiánus. Fortúna autem quid sit ignorámus. Christiáni enim sumus ex magno génere. Tu autem [Dómine miserére nostri].<sup>360</sup>

## Lectio secunda.

**P**Reses dixit ad sanctos, Trac-tántes quod expedit vobis :

accédite et sacrificáte diis nostris. Si vero noluéritis : crúcians vos

torméntis negáre fáciam Christum. Sancti mártires sic ex imo ore dixérunt, Torménta tua valde contemnéntes : non timémus. Fac ergo quod potes. Nam ydóla surda, et ceca, que sunt lápides et eraménta : deos dícere non póssumus. Audiens hec preses : precépit eos vinctos mánibus et pédibus fórtiter tórqueri. Sancti mártires dum torqueréntur, dicébant, Líbera nos Dómine a láqueo dyáboli, et filii ejus Lýsias présidis : quia in te sperámus Dómine, et tu es gloriósus in sécula. Et dixérunt, Amen. Hec autem orántes : manébant illési. Dicébant quoque sancti ad présidem, Si habes crudelióra torménta infer nobis : ut cognóscas quia nichil nobis torménta tua

prévalent, adjuvánte nos Christo. Preses dixit, Ego quidem per parva torménta putábam suádero vobis, ut applicárem vos ad propícos deos : sed ut vídeo perseverátis in impiétáibus vestris. Propter hoc precípio vos vinctos cathénis : in mare precipitári. Vincti autem cathénis secúndum présidis precéptum : pergébant gaudéntes et psalléntes, Si ambulémus in médio umbra mortis non timé- [146r.] bimus mala, quóniam tu nobíscum es, Dómine. Hec illis psalléntibus : venérunt ad locum. Et accipiéntes eos minístri : secúndum quod eis fúerat imperátum, misérunt eos in mare.<sup>361</sup> Statímque ángelus Dómini áffuit, et disrúpit víncula eórum : et ejécit eos de mari illésos. Tu autem.

*Lectio iij.*

**A**udiens procónsul que facta sunt : furóre commótus, jussit sanctos in cárcerem récipi donec cogitáret quómodo eos pérderet. Dum autem duceréntur sancti mártires : psallébant dicéntes, Cantémus Dómino : quia mirabília fecit nobíscum. Salvávit nos déxtera sua : et bráchio sancto suo. Sequénti die procónsul sedens pro tribunáli : jussit in conspéctu suo addúci sanctos. Cum autem adduceréntur : dicébant, Da nobis Dómine auxílium

de tribulatióne. Et hec dicéntes : venérunt ante présidem. Preses dixit ad eos, Cogitástis vobíscum : aut adhuc permanétis in insánia vestra ? Sancti mártires dixérunt, Audi inimíce veritátis. Nos Christiáni sumus, et usque in finem pro veritaté dimicámus : et non negámus ómnium Dóminum. Cóngitans preses quia nichil advérsus sanctos preváleret, nec posset eos separáre a Christi fide : furóre commótus, jussit áfferri torménta, et ignem copiósum succéndi,

et ibi precépit mitti sanctos mártires. Missi autem in ignem sancti mártires : deambulabant in médio fornácis sicut in paradíso. Orántibus autem sanctis : statim nutu Dei egréssa est flamma, et combússit plúrimos impiórum et mórtui sunt. Sancti vero apparuérunt illési : ita ut nec capíllus eórum exüstus fuíset ab igne. Videns vero hec preses : obstúpuit in mirabílibus quos fiébant. Iniquíssimus preses jussit íterum suspéndi sanctos in equúleo : et torquéri. Stabat autem ángelus Dómini : qui eos custodiébat illésos. Fatigáti sunt autem minístri : et facti sunt velut mórtui. Videns hoc preses jussit eos depóni. Stabant autem hílari vultu coram préside : tanquam si nichil fuíssent [mali]<sup>362</sup> perpéssi. Tunc preses valde irátus : jussit eos crucifixos lapidári. Et crucifigéntes eos minístri : cum projícerent super eos lápides, alter-útrum se cedébant. Videns insánus judex minístros suos vulnerári : furóre succénsus jussit veníre quátuor mílités, ut eos sagittárent. Acce-

déntes vero mílités expendérunt omnes sagíttas suas in sanctos : et nichil nocuérunt eis. Videns preses victam omnem malíciam suam : perturbátus usque ad mortem, jussit amputári cápita sanctórum. Et susci- piéntes eos carnífices : deducébant ad locum in quo decollándi erant. Cunque duceréntur tanquam ex uno ore psallébant, dicéntes, Bonum est confitéri Dómino : et psállere nómini tuo Altíssime. Ad annuncíandum mane misericórdiam tuam et veritátem tuam per noctem, quia magnificásti misericórdiam tuam super nos : sed vir insípiens non cognóvit, et stultus non intelléxit eam. Et hec dicéntes venérunt ad locum. Et exténsis mánibus ad oriéntem : óculis respiciébant in celum. Et cum orássent in córdibus suis : sic ex uno ore dixérunt Amen. Et statim accédentes carnífices gládio amputavérunt cápita eórum : et sic in pace sanctas ánimas reddidérunt, suscipiéntes victórie palmam.

*Tertium Rx. erit Hec est vera fraternitas. [in communi.]<sup>363</sup> [762].*

*Cetera omnia de communi hystoria plurimorum martyrum [739]. cum oratione predicta. {1419}.*

Sancti Michaelis archangeli.

## ¶ Sancti Michaelis archangeli.

(xxix. Septembris.)

Festum inferius duplex et ix. lectiones fiant.

Ad j. vespertas.

Super psalmos<sup>364</sup> antiphona.

AS:551; 1520-S:126v; 1531-S:146r.

sar0040.  
Ant.  
I.v.

The musical notation is written on four-line red staves. The first staff begins with a large initial 'S'. The lyrics are: Xcélsi \* Re-gis Fí- li- um col-láudant ci-ves. The second staff continues the melody. The third staff begins with a large initial 'S' and the lyrics: cé-li-ci, Quem ché-ru-bin et sé-raphin sanctus proclá-mant. The fourth staff concludes the melody with the lyrics: sé-du-li. S.A.E.

Psalmi feriales.

Capitulum. Apocalyps. j. [1.]

**S**ignificávit Deus que opórtet fieri cito, loquens per ángelum suum servo suo Johánni, qui


testimónium perhíbuit verbo Dei : et testimónium Jesu Christi, quecunque vidit.

AS:556; 1520-S:130v; 1531-S:146r.<sup>365</sup>





7757.  
Resp.  
I.

The musical notation is written on four-line red staves. The first staff begins with a large initial 'R'. The lyrics are: E sanctum Dó- mi-num \* in excél- sis laudant.

Sancti Michaelis archangeli.



7757a.



HS:181r; 1520-S:127r; 1531-S:146r.<sup>366</sup>

Hymn.

II.



I-bi Christe splendor Pa-tris, \* vi-ta virtus córdi-

8403.

Sancti Michaelis archangeli.

um : In conspéctu ange- ló-rum, vo-tis vo-ce psál-limus :

Alternántes concre-pán-do, me-los da-mus gó-ci-bus.

2. Col-laudémus ve-ne-rántes, omnes ce-li mí-li-tes : Sed

pre-cí-pu-e pri-má-tem, ce-léstis ex-érci-tus : Micha- é-

lem in virtú-te, conte-réntem Zá-bu-lon. 3. Quo custó-

de pro-cul pel-le, rex Christe pi- íssime : Omne nephás

i-ni-mí-ci, mundo corde et córpo-re : Pa-ra-dí-so red-

de tu-o, nos so-la cle-ménci-a. 4. Gló-ri- am Pa-tri

me-ló-dis, personémus gó-ci-bus : Gló-ri- am Christo ca-

[146v.]

Sancti Michaelis archangeli.

námus, gló-ri- am Pa- rácly-to : Qui De-us tri-nus et u-nus,  
extat ante sé-cu-la. A-men.

*V.* In conspéctu angelórum psallam tibi, Deus meus.

*R.* Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo.

AS:552; 1520-S:127r; 1531-S:146v.

Ant.  
VIII.i.  2469.

Um sa-crum \* mysté-ri- um cérne-ret Jo-hánnes arch-  
ánge-lus Mí-cha- el tu-ba cé-ci-nit, ignósce Dómi-ne  
De-us noster qui á-pe- ris lib-rum, et solvis signá-cu-la e-  
jus, al-le-lú-ya. *Ps. Magníficat. 69\*.*

*Oratio.*

|  |   |
|--|---|
| <p><b>D</b>eus qui miro órdine angelórum<br/>ministéria hominúmque dispén-<br/>sas, concéde propícius : ut quibus tibi</p> | <p>ministrántibus in celo semper<br/>assístitur, ab his in terra vita nostra<br/>muniátur. Per.</p> |
|--|---|

Sancti Michaelis archangeli.

*Tunc eat processio ad altare sancti Michaelis si habeatur cantando R. Fidélis sermo.  
[vj. de matutinas.]<sup>367</sup> {1436}.*

*V. Stetit ángelus juxta aram templi.*

*R. Habens thuríbulum áureum in manu sua.*

*[V.] [Orémus.]<sup>368</sup>*

*Oratio.*

**B**éati Michaélis archángeli tui<sup>369</sup>  
interventióne suffúlti, súpplices  
te<sup>370</sup> Dómine deprecámur : ut quos | honóre proséquimur, contingámus et  
mente. Per [Dóminum].<sup>371</sup>

*In redeundo dicitur de sancta Maria antiphona. {1310}.*

**C** Ad completorium omnia fiant sicut in festo sancte Trinitatis. [397].

**C** Ad matutinas.

AS:552; 1520-S:127v; 1531-S:146v.<sup>372</sup>

Invit. II.  
1060.

Uncta agmina \* ange- ló-rum Adó-rant  
Re-gem ce- ló-rum. †Et inter e- os egré-gi- us Mí-cha- el  
archánge-lus Ve-ní- te a-do-rémus. Ps. Ve-ní-te. 7\*.

*Hymnus. Tibi Christe splendor [Patris. ut supra in ptimis vesperis.]<sup>373</sup> {1423}.*

Sancti Michaelis archangeli.

¶ *In primo nocturno.*

AS:552; 1520-S:127v; 1531-S:146v.<sup>374</sup>


1. Ant.

IV.v.



Ntró- i-bo \* in domum tu- am Dómi-ne : et a-do-

3389.



rá-bo ad templum sanctum tu- um. *Ps. Verba mea. (v.)* [14].

AS:552; 1520-S:127v; 1531-S:146v.<sup>375</sup>


2. Ant.

IV.v.



Te-tit ánge-lus \* juxta a-ram templi ha-bens thu-rí-

5029.



bu-lum áure- um in ma-nu su- a. *Ps. Dómine Dóminus noster.*  
(vij.) [17].

AS:552; 1520-S:127v; 1531-S:146v.


3. Ant.

IV.iv.



S-céndit fumus \* a-ró-ma-tum in conspéctu Dómi-

1491.



ni de ma-nu ánge-li. *Ps. In Dómino confido. (x.)* [19].

¶ Stetit [ángelus juxta aram templi].<sup>376</sup> {1426}.

*Lectio j. Gregorius Omelia 34. ante medium.<sup>377</sup>*

**N**Ovem esse angelórum órdines testánte sacro elóquio scimus : ángełos, archángełos, virtútes, potestátes, principátus, dominatiónes, thronos, chérubin atque séraphin. Esse namque ángełos et archángełos : pene omnes sacri elóquii páginas testántur. Chérubin vero atque séraphin : sepe ut notum

est libri prophetárum loquúntur. Quátuor quoque órdinum nómina : Paulus apóstolus ad Ephésios enúmerat dicens, Supra omnem principátum et potestátem et virtútem et dominatióne. Qui rursus ad Collocénses<sup>378</sup> scribens ait, Sive throni : sive dominatiónes sive principátus sive potestátes.

AS:552; 1520-S:127v; 1531-S:146v.<sup>379</sup>

6715. 1. Resp. I.

Actum est \* si-lénci- um in ce-lo dum com-  
mítte-ret bel- lum dra- co cum Micha- é-le archán-  
ge- lo et audí-ta est vox mí- li- a mí- li- um  
di- cénti- um. †Sa-lus honor et virtus omni-po-  
tén-ti De- o. Mí-li- a mí- li- um mi-nistrá-bant

6715a.

Sancti Michaelis archangeli.

e- i : et dé-ci- es mí-li- es cénte-na mí-li- a assis-  
té-bant e- i. †Sa-lus.

*Lectio ij.*

**D**ominaciones, principátus, atque potestátes jam ad Ephésios loquens apóstolus descripserat : sed ea quoque Collosénsibus<sup>380</sup> dictúrus premísit thronos, de quibus necdum quicquam fúerat Ephésiis locútus. Unde cum illis quátuor que ad Ephésios dixit id est principátibus, potestátibus, virtútibus atque dominatióibus conjungúntur throni, quinque sunt órdines qui speciáliter exprimúntur. Quibus dum ángeli et archángeli, chérubin atque séraphin

adjúncta sunt : proculdúbio novem esse angelórum órdines inveniúntur. Unde et ipsi ángelo qui primus est cónditus : per Prophétam dícitur, Tu signáculum similitúdinis plenus sapiéntia et perféctus decóre : in delíciis paradísi Dei fuísti. Notándum quod ángelus non ad similitúdiuem Dei factus, sed signáculum similitúdinis dícitur : ut quo in eo subtílio est natúra, eo in illo ymágó Dei similius insinuétur expreßa. Tu autem Dómine [miseré nostri].<sup>381</sup>

AS:553; 1520-S:128r; 1531-S:146v.<sup>382</sup>

2. Resp.

VII.

**S** Te- tit \* ánge- lus juxt a- ram  
tem-pli ha-bens thu-rí- bu- lum áure- um in ma-

7707.

Sancti Michaelis archangeli.

nu su-a, et da-ta sunt e-i in cénsa multa.

†Et ascén-dit fu-mus a-ró-ma-tum de ma-nu

7707b. ánge-li in conspéctu Dómi-ni. ¶. Fac-

tum est si-lénci-um in ce-lo : et accé-pit ánge-lus

thu-rí-bu-lum et implé-vit il-lud de ig-ne al-tá-

ris. †Et ascén-dit.

*Lectio tertia.*

**Q**uo in loco mox súbditur,  
Omnis lapis preciosus operi-  
méntum tuum, sardis,<sup>383</sup> topázius, et  
jaspis, crisólitus, onix et beríllus,  
sáphirus, carbúnculus, et smarágdus.  
Ecce novem dixit nómina lápidum :  
quia profécto novem sunt órdines  
angelórum. Quibus nimírum ordí-  
nibus ille primus ángelus ídeo ornátus

et opér tus éxitit : quia dum cunctis  
agmínibus angelórum prelátus est, ex  
eórum comparatióne clárior fuit. Cur  
ígitur persisténtium angelórum cho-  
ros enumerándo perstrínximus, si non  
eórum quoque ministéria subtíliter  
exprimámus ? Greca enim lingua :  
ángeli nún cii, archángeli vero summi [147r.]  
nún cii vocántur. Sciéndum quoque

Sancti Michaelis archangeli.

quod angelórum vocábulum nomen est officii : non natúre. Nam sancti illi celéstis pátrie spíritus semper quidem sunt spíritus : sed semper vocári ángeli, nequáquam possunt : quia tunc solum sunt ángeli, cum per

eos áliqua nunciántur. Unde et per Psalmístam dícitur, Qui facit ángelos suos spíritus. Ac si paténter dicat, Qui eos quos semper habet spíritus : étiam cum volúerit ángelos facit.

AS:553; 1520-S:128v; 1531-S:147r.<sup>384</sup>

3. Resp.

VIII.




Ic est Mícha- el \* archánge-lus Princeps mi-

6826.




lí-ti- e an- ge- ló- rum. †Cumque ho- nor pre-




stat Be-ne-fí- ci- a popu- ló- rum. ‡Et o- rá-ti- o


6826c.



perdú- cit ad reg- na ce- ló- rum. ¶. Arch-




ánge-le Chris-ti per grá-ti- am quam me-ru- ís- ti :



depre-cámur ut e-rí-pi- as nos a lá- que- o mor- tis.

Sancti Michaelis archangeli.



†Cunque. *V. Gló-ri- a. 95\**. ‡Et o- rá-ti- o.

¶ *In ij. nocturno.*

AS:554; 1520-S:128v; 1531-S:147r.


4. Ant.

II.i.

3754.



Icha- el archánge- le \* ve-ni in adju-tó-ri- um



pó-pu-lo De- i. *Ps. Dómine quis habitábit. (xiiij.) [23].*

AS:554; 1520-S:128v; 1531-S:147r.<sup>385</sup>


5. Ant.

VII.iv.

3757.



Ichá- el \* prepó-si-tus pa- ra-dí-si quem hono-rí-



fi-cant ange- ló-rum ci- ves. *Ps. Exaltábo te. (xxix.) [162].*

AS:554; 1520-S:128v; 1531-S:147r.<sup>386</sup>


6. Ant.

IV.v.

2963.




Lo-ri- ó-sus appa-ru- ís-ti \* in conspéctu Dó-



mi-ni propté-re- a de-có-rem índu- it te Dómi-nus.

Sancti Michaelis archangeli.



*Ps. Omnes gentes. (xlvij.) [208].*

*V.* Ascéndit fumus arómatum.

*R.* In conspéctu Dómini de manu ángeli.

*Lectio iiiij.*


**L**i qui mímina núncliant ángeli : qui vero summa annúnciant archángeli vocábitur. Hinc est enim quod ad Maríam Vírginem non quilibet ángelus : sed Gábriel archángelus míttitur. Ad hoc quippe ministérium summum ángelum venire dignum fúerat : qui summum ómnium nunciábat. Qui idcírco étiam privátis nomínibus censéntur : ut signétur per vocábula étiam in operatióne quid váleant. Neque enim in illa sancta civitáte quam de visióne ommpoténtis Dei plena sciéntia

pérficit, idcírco própria nómina sortiúntur, ne eórum persóne sine nomínibus sciri non possint : sed cum ad nos áliquid ministratúri véniant, apud nos étiam nómina a ministériis trahunt. Míchael quis ut Deus. Gábriel autem fortitúdo Dei. Ráphael vero dícitur medicína Dei. Et quótiens mire virtútis áliquid agitur, Míchael mitti perhibétur : ut ex ipso actu et nómine detur intelligi, quod nullus potest fácer, quod fácer preválet Deus.

AS:554; 1520-S:129r; 1531-S:147r.<sup>387</sup>

4. Resp.

VIII.



tú-di-ne an- ge- ló- rum : cu- i trá-di-dit De- us

7834.

Sancti Michaelis archangeli.

á- ni-mas sanc- tó- rum. †Ut per-dú-cat e- as in pa- ra-

7834c. dí- sum ex-ul- ta-ti- ó- nis. *V.* Da-ta

est po-téstas archánge-lo Micha- é- li su-per á-

ni- mas sanctó- rum. †Ut per-dú-cat.

*Lectio quinta.*

**A**D Maríam quoque Gábriel míttitur : qui Dei fortitúdo nominátur. Illum quippe nunciáre veniébat : qui ad debelláandas aéreas potestátes húmilis apparére dignátus est. Ráphael quoque interpretátur ut díximus medicína Dei. Quia vidélicet dum Thobíe óculos quasi per officium curatiónis tétigit : cecitátis ejus ténebras tersit. Qui ergo ad curándum míttitur : dignum vidélicet fuit ut Dei medicína vocarétur. Quia angelórum nómina interpretándo perstrínximus : nunc súperest ut ipsa officiorum vocábula bréviter exequá-

mur. Virtútes étenim vocántur illi nimírum spíritus : per quos signa et mirácula frequéntius fiunt. Potestátes étiam vocántur hi, qui hoc poténtius céteris in suo órdine percepérunt : ut eórum ditióni virtútes advérse subjécte sunt. Quorum potestáte refrenántur, ne corda hóminum tantum tentáre preváleant : quantum volunt. Principátus étiam vocántur, qui ipsis quoque bonis angelórum spirítibus presunt, qui subjéctis áliis dum queque sunt agénda dispónunt : eis ad explénda divína ministéria principántur. Tu autem.

Sancti Michaelis archangeli.

AS:554; 1520-S:129r; 1531-S:147r.<sup>388</sup>

5. Resp. VIII. 6942.

**N** témpo-re \* il-lo consúr-get Mí-cha- el  
 qui stat pro fi-li- is ves-tris. †Et vé-ni- et tem-  
 pus qua-le non fu- it, ex e- o ex quo gentes esse  
 ce-pé- runt usque ad tempus il- lud.

¶ In témpo-re il-lo salvá-bi-tur pó-pu-lus me- us  
 omnis qui invéntus fú-e-rit scriptus in li-bro vi-  
 te. †Et vé-ni- et.

*Lectio sexta.*

**D**ominaciones vero vocántur : qui étiam potestátes principátum dissimilitúdine alta trans- cendunt. Nam principáti est : inter reliquos priórem exístere. Dominári vero est : étiam subjéctos quosque

possídere. Ea ergo<sup>389</sup> angelórum ágmina que mira poténtia preéminent,<sup>390</sup> pro eo quod eis cétera ad obediéndum subjécta sunt : dominatiónes vocántur. Throni quoque illa ágmina sunt vocáta : quibus ad excrénda judícia semper Deus omnípotens présidet. Quia enim thronos Latíno élóquio sedes dícimus : throni Dei dicti sunt hi qui tanta divinitátis grátia repléntur, ut in eis Dóminus sédeat, et per eos sua judícia decérnat. Unde per Psalmístam dícitur, Sedes super thronum qui júdicas equitátem. Chérubin quoque plenitúdo scíentie dícitur. Et sublimiora illa ágmina idcírcō Chérubin vocáta sunt : quia tanto perfectióre scíentia plena sunt, quanto

claritátem Dei vicínius contemplántur. Ut secúndum creatúre modum, eo plene<sup>391</sup> ómnia sciant : quo visióni<sup>392</sup> Condítoris sui per méritum dignitátis appropínquant. Séraphin étiam vocántur illa sanctórum spirítuum ágmina : que ex singulári propinquitáte Condítoris sui incomparábili ardent amóre. Séraphin namque ardentes vel incendéntes vocántur. Que quia ita Deo conjúncta sunt, ut inter hec et Deum nulli álii spíritus intérssint, tanto magis ardent<sup>393</sup> quanto hunc vicínius vident. Quorum profécto flamma, amor est. Quia quo subtílius claritátem divinitátis ejus aspíciunt : eo valídius in ejus amóre flamméscunt. Tu.

AS:555; 1520-S:129v; 1531-S:147v.<sup>394</sup>


6. Resp. I.

6733. 

I-dé-lis ser- mo \* et omni accepti- óne

dig- nus Mí-cha- el archángel- lus qui pugná- vit cum

di- á- bo- lo. †Grá- ti- a De- i il-le victor in ce-lis



Sancti Michaelis archangeli.

éx- ti- tit. ‡Et il-le hos- tis antí- quus passus est  
ru- í-nam mag- nam. ¶ Gaudent ánge-li et ex-úl-  
tant archángel- li et col-láudant Christum re-gem virtú-  
tes ce-ló- rum : qui- a qui se-du-cé-bat omnes gentes,  
percéptus est a Micha- é-le archángel- lo. †Grá- ti- a.  
¶ Gló-ri- a. 93\*. ‡Et il-le.

6733a.

¶ *In iij. nocturno.*

AS:555; 1520-S:129v; 1531-S:147v.

7. Ant.

VIII.i.



1864.

Oncússum \* est ma-re et contrému- it terra, u-

Sancti Michaelis archangeli.



*Ps. Dóminus regnávit exúltet. (xcvj.) [278].*

AS:555; 1520-S:130r; 1531-S:147v.<sup>395</sup>

2102. 8. Ant.  
VIII.i.



A-ta sunt e-i \* incénsa mul-ta : ut a-dó-le-ret e-

a ante al-tá-re áu-re- um quod est ante ó-cu-los




Dómi-ni. *Ps. Dóminus regnávit irascántur. (xcvij.) [289].*

AS:556; 1520-S:130r; 1531-S:147v.<sup>396</sup>

3592. 9. Ant.  
II.i.



Audémus Dómi-num \* quem laudant ánge-li,



quem ché-ru-bin et sé-raphin sanctus sanctus sanctus



proclá-mant. *Ps. Bénedic ánima. [primum.] (cij.) [292].*

*V.* In conspéctu angelórum psallam tibi Deus meus.

*R.* Adorábo ad. {1425}.

¶ *Evangelium secundum Matheum xvij. [I-IO.] [Lectio vij.]*

**I**N illo témpore. Accessérunt ad Iesum discípuli<sup>397</sup> dicéntes, Quis putas major est in regno celórum ? Et ádvocans Jesus párvulum státuit eum in médio eórum. Et relíqua.

*Sermo [ex commentario]<sup>398</sup>*

*beati Maximi episcopi.*

*[Ambros. sermo I.]<sup>399</sup>*

**S**i diligénter audístis Evangélicam lectionem : intelligere potéstis que minístris ac sacerdótibus Dei reveréntia debeátur, vel qua ipsos cléricos ívincem

humilitáte se opórteat preveníre. Ait enim Dóminus perconctántibus discípulis quis eórum in regno celórum major esset futúrus : statúto coram ómnibus párvulo, Quicúnque humiliáverit se sicut párvulus iste : hic major erit in regno celórum. Unde intellígimus quod humilitáte pervénitur ad regnum : simplicitáte penetrátur ad celum. Quisquis ígitur cupit divinitatis tenére fastígia : humilitatis ima sectétur.

AS:556; 1520-S:130r; 1531-S:147v.<sup>400</sup>

7. Resp.

I.

**N** conspéctu \* gén-ti- um no-lí- te ti-  
mé- re, vos e-nim in cór-di-bus ves-tris a-do-  
rá- te et timé- te Dó- mi- num. †Ange-lus

6895.

Sancti Michaelis archangeli.

6895b.

e- nim e-jus vo-bís- cum est. *V.* Canta-te  
 e- i cán-ti-cum no- vum : be-ne psál-li-te e- i in vo-ci-  
 fe- ra- ti- ó- ne. †Ange-lus.

*Lectio viij.*

**Q**UICÚNQUE vult fratrem suum preveníre regnando prius illum prevéniat obsequéndo : sicut ait Apóstolus, Honóre ívincem prevenientes. Vincat eum officiis, ut possit víncere sanctitáte. Si enim te non lesit fratri obséquium : merétur ut díligas. Quod si fórsitan lesit : magis obséquium merétur ut vinas. Hec enim nostre Christianitatis summa est : ut amántibus vicissítudinem, ledéntibus patiéntiam rependámus. Qui ergo fúerit patiéntior ad injúriam : poténtior constituéatur in regno celórum. Non enim ad impérium celórum pervenítur supérbia, divitiis, prefectúra : sed humilitáte, pauper-

táte, et lenitáte. Arta enim et angústa est via : que dicit ad regnum. Quisquis ergo honóribus inflátus fúerit, et auri thesáuris dilatátus : tanquam onústum et impéditum ánimál, per angústum regni iter transíre non póterit, simul étiam ut se existimáverit pervenisse, sárcinam ejus exígua porta non capiénte, repercússo límine retrórsum redíre cogétur. Tam enim angústa est díviti porta celéstis : quam est cámelo acus fóramen exíguum. Unde ait Dóminus, Facílius est cámelum per fóramen acus transíre : quam dívitem intráre in regnum celórum.

Sancti Michaelis archangeli.

AS:556; 1520-S:130v; 1531-S:147v.<sup>401</sup>

8. Resp.

VIII.



N conspéc-tu \* ange-ló-rum psal- lam

ti- bi, et a-do-rá- bo ad templum sanctum

tu- um. †Et con-fi-té-bor nó-mi-ni tu-

o Dómi- ne. ¶ De- us me- us es tu et confi-

tébor ti- bi : De- us me- us es tu et ex- al-tá-bo

te. †Et con-fi-té-bor.

6894.

6894c.

*Lectio nona.*

**S**icut enim cámelum, ánimál tortuósúm atque defórme, exígua cavérna preteríre non pátitur : ita et dívitem avárum atque mendácem, arcta celi jánuam mínime intráre pemítit. Ideo nudi in século

náscoimur, nudi étiam accédimus ad laváchrum : ut nudi quoque et expedíti ad celi jánuam properémus. Quam autem incóngruum et absúrdum est, ut quem nudum mater géniuit, nudum suscépit ecclésia, dives

Sancti Michaelis archangeli.

intráre velit in celum ? Nudus Adam ícola paradísi fuit. Dénique post peccátum nuditátem suam videns : fólio pudénda contéxit. Prius enim quam peccáret honestátem erat flore véstitus : atque ídeo nuditátem in honéstam non natúra instítuit, sed delícti reátus invénit. Nam et sancti ángeli in splendifíssimo hábitu constítuti : nunquid túnicis operíuntur et pálliis ? Sed cum in illis sit

nativitatis sue nuda substántia : véstiti vidéntur esse quod sancti sunt. Sic ígitur et Adam custódiens honestátem angélice dignitátem, erat quidem nudus mundánis véstibus sed immortalitatis erat splendóre véstitus. Nil pravum respiciébant ejus óculi, non cor ejus turpe áliquid cogitábat : sed erat apud honéstas mentes nútidas ipsa véstita. Tu autem.

*Nonum R̄. Te sanctum Dóminum. ut supra ad vesperas. {1422}.*

*Et R̄. Archángeli. dicitur in festo sancti Michaelis in monte Tumba. [xvj. Octobris].*

AS:567; 1520-S:131r; 1531-S:148r.<sup>402</sup>

6118. Resp. VIII.

Rchánge-li \* Micha- é-lis interven-ti-

ó- ne suf-fúl- ti : te Dó-mi-ne depre-cá- mur.

†Ut quos honó- re pro-séqui- mur. ‡Contingá- mus et

6118a. men- te. V. Perpé-tu- um no-bis Dómi-ne tu-e

Sancti Michaelis archangeli.

mi-se-ra-ti- ó-nis pres-ta subsí-di- um : qui-bus et an-  
gé-li-ca presti-tís-ti suffrá-gi- a non de-és- se.  
†Ut quos. *V.* Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et  
Spi-rí- tu- i Sanc- to. ‡Contingá- mus.

¶ *Ante laudes.*

*V.* Ascéndit fumus aromatum.

*R.* In conspéctu Dómini de manu ángeli.

¶ *In laudibus.*

AS:557; 1520-S:131r; 1531-S:148r.<sup>403</sup>

1. Ant.

VII.i.



Um pre-li- a-ré- tur \* Mícha- el archánge-lus cum  
dra-có-ne, audí-ta est vox di-cénti- um, sa-lus De-o nos-

2465.

Sancti Michaelis archangeli.




tra al-le-lú-ya. Ps. Dóminus regnávit. (*xcij.*) [45].

AS:557; 1520-S:131v; 1531-S:148r.<sup>404</sup>

2. Ant. I.v.

2440.

Um commítte-ret \* bel-lum dra-co cum Micha-

A single-line Gregorian chant notation on a four-line staff. The notes are square neumes. The music consists of two measures followed by a vertical bar line.

é-le archán-ge-lo, audí-ta est vox mí-li- a mí-li- um di-




cénti- um, Sa-lus De-o nostro. Ps. Jubiláte. (*xcix.*) [46].

AS:557; 1520-S:131v; 1531-S:148r.<sup>405</sup>


3. Ant.

1474. VIII.i.

Rchánge-le \* Mícha-el constí-tu- i te prín-

A single-line Gregorian chant notation on a four-line staff. The notes are square neumes. The music consists of two measures followed by a vertical bar line.

ci-pem su-per omnes á-nimas sus-ci-pi- éndas.



Ps. Deus Deus. (*lxij.*) [47].

Sancti Michaelis archangeli.

AS:557; 1520-S:131v; 1531-S:148r.<sup>406</sup>

4. Ant.

T. Per.



Nge-li Dómi-ni \* Dómi-num be-ne-dí-ci-te in e-

térnum. Ps. Benedícite. (*Daniel iij.*) [48].

AS:557; 1520-S:131v; 1531-S:148r.<sup>407</sup>

5. Ant.

VII.ii.



Nge-li \* archán-ge-li thro-ni et domi-na-ti- ónes,

princi-pá- tus et po-testa- tes, vir-tú- tes ce-ló- rum laudá-

te Dómi-num de ce- lis al-le-lú-ya. Ps. Laudáte Dóminum  
de celis. (*cxlviij.*) [49].

*Capitulum.*

**S**ignificávit [Deus que opörtet fieri cito loquens per ángelum suum servo suo Johánni, qui

testimónium perhíbit verbo Dei : et testimónium Jesu Christi, quecúmque vidit. *R. Deo grátias.*]<sup>408</sup>

HS:182r; 1520-S:131v; 1531-S:148r.<sup>409</sup>

Hymn.

I.



Hriste sanctó- rum de-cus ange-ló-rum, Rector hu-

1399.

1398.

8280.

Sancti Michaelis archangeli.

---

The musical notation consists of four-line staffs with square neumes. The first staff begins with a sharp sign, indicating G major. The lyrics are written below the staves in French and Latin. The text is as follows:

má- ni gé-ne-ris et auctor : No-bis e-tér- num trí-bu-e be-  
níg-nus, Scán-de-re ce-lum. 2. Ange-lum pa- cis Mícha- el  
ad istam, Cé-li-tus mit- ti ro-gi-témus aulam : No-bis ut  
cre- bro vé-ni- ant et cres-cant, Prós-pe-ra cuncta.  
3. Ange-lus for- tis Gábri- el ut hostem, Pel-lat antí-quum  
vó-li-tet ab alto : Sé-pi- us tem-plum vé-ni- ens ad is-tud,  
Ví- se-re nostrum. 4. Ange-lum no- bis mé-di-cum sa-lú-  
tis, Mitte de ce- lis Rápha- el ut omnes : Sa-net egró-

Sancti Michaelis archangeli.

The musical notation consists of six staves of square neumes on four-line red staves. The music is divided into two sections by a double bar line. The first section ends with a vertical double bar line and a repeat sign. The lyrics begin with "tos pa-ti-térque nos-tros, Dí- ri-gat actus. 5. Hinc De- i". The second section begins with "nos- tri gé-ni-trix Ma-rí- a, To-tus et no- bis cho-rus ange-". The lyrics continue with "ló-rum : Semper assís- tat simul et be- á- ta, Cón-ci- o". The final section begins with "to-ta. 6. Prestet hoc no- bis Dé- i-tas be- á-ta, Pa-tris ac". The lyrics end with "na- ti pa-ri-térque Sancti : Spí-ri-tus cu- jus rébo- at in omni, Gló- ri- a mundi. A- men."

*XV.* Laudáte Dóminum omnes ángeli ejus.

*R.* Laudáte eum omnes virtútes ejus.

AS:558; 1520-S:132v; 1531-S:148r.

2843. Ant. VIII.i. 

Actum est \* si-lénti- um in ce-lo dum dra-co com-  
 mítte-ret bel-lum et Mícha-el pugná-vit cum e- o  
 et fe-cit victó-ri- am al-le-lú-ya. *Ps. Benedíctus. 68\**.



*Oratio.*

**D**eus qui miro [órдine ange- lórum ministériя hominúsque dispénsas : concéde propícius, ut quibus tibi ministrántibus in celo semper assístitur ab hiis in terra vita nostra muniátur. Per Dóminum.]<sup>410</sup>

**¶ Ad j.**

*Ant. Dum preliaréatur. [j. de laudibus.]*<sup>411</sup> {1443}.

*Ps. Deus in nómine. (lij.)* [95].

*Ant. Grátias tibi Deus.* [99].

*Ps. Quicúnque.* [100].

*R. Jesu Christe. cum allelúya.* [105].

*V. Qui sedes.* [105].

**¶ Ad iij.**

*Ant. Dum commítteret.* {1444}.

*Ps. Legem pone. (cxviij. 33.)* [132].

*Capitulum. Significávit [Deus. ut supra.]*<sup>412</sup> {1445}.

Sancti Michaelis archangeli.

AS:558; 1520-S:132v; 1531-S:148r.

Resp. VI.



7706. 7706a.

Te-tit ánge-lus juxta a-ram templi. †Alle-lú-ya al-le-lú-ya. ij. ¶ Ha-bens thu-rí-bu-lum áure-um in ma-nu tu-a. ¶ †Alle-lú-ya. ¶ Gló-ri-a Pa-tri et Fí-li-o : et Spi-rí-tu-i

Sancto. Ste-tit.

¶ Ascéndit fumus [arómatum].<sup>413</sup> {1433}.

*Oratio ut supra.* {1448}.

¶ *Ad vj.*

*Ant. Archángele Míchael.* {144}.

*Ps. Defécit.* (cxvij. 8i.) [141].

*Capitulum. Apocal. xij. [7.]*

**F**Actum est prélium in celo,  
Míchael et ángeli ejus prelia-  
bántur cum dracóne, et draco  
pugnábat et ángeli ejus, et non  
prevaluérunt, neque locus eórum  
invéntus est ámplius in celo.

AS:558; 1520-S:132v; 1531-S:148r.

Resp. VI.



sar0607.

S-céndit fumus a-róma-tum. †Alle-lú-ya al-le-lú-ya

{1449}

Sancti Michaelis archangeli.

sar0607a.

lú-ya. *ij.* *XV.* In conspéctu Dómi-ni de ma-nu ánge-li.  
 †Alle-lú-ya. *XV.* Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i  
 Sancto. Ascéndit.

*XV.* In conspéctu angelórum [psallam tibi Deus meus.

*R.* Adorábo ad templum sanctum tuum et confitébor nómini tuo.]<sup>414</sup>

[*Oratio ut supra.*]<sup>415</sup> {1448}.

¶ *Ad ix.*

*Ant.* Angeli [archángeli].<sup>416</sup> {1445}.

*Ps.* Mirabília. (cxvij. 129.) [150].

*Capitulum. Apocal. viij. [1.; xij. 7]*<sup>417</sup>

**F**Actum est siléntium in celo dum draco commítteret bellum : et

Míchael pugnávit cum eo, et fecit victóriam.

AS:558; 1520-S:133r; 1531-S:148r.

Resp.  
VI.


6893.

N conspéctu ange-ló-rum psal-lam ti-bi De-us


6893a.

me-us. †Alle-lú-ya al-le-lú-ya. *ij.* *XV.* Ado-rá-bo ad templum


Sancti Michaelis archangeli.



sanctum tu- um et confi- tébor nōmi-ni tu-o. †Alle- lú- ya.



X. Gló-ri- a Pa-tri et Fí-li- o : et Spi-rí-tu- i Sancto.



In conspéctu.

X. Laudáte Dóminus omnes ángeli ejus.

R. Laudáte eum omnes virtútes ejus.

*Oratio ut supra.* {1448}.

*Hac die erunt vespere de sancto Hieronymo confessore et doctore hoc modo.*

*Super psalmos antiphona.* Justum dedúxit. [in communi.]<sup>418</sup> [850].

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* [Ecclesiastici xlviij. 9.]

**D** Edit Dóminus<sup>419</sup> [confessiónem  
sancto suo et excélsō in verbo  
glórie : de omni corde suo laudávit] Dóminus, et diléxit Deum qui fecit  
illum. R. Deo grátias.<sup>420</sup>

AS:655; 1519-C:31r; 1520-S:133r; 1531-P:77r.<sup>421</sup>

Resp.  
III.

A musical staff consisting of four horizontal lines. It features square neumes, which are small squares placed on or between the lines to indicate pitch and rhythm. There are vertical bar lines dividing the staff into measures. A decorative initial 'I' is located at the beginning of the first measure. Below the staff, the text 'I- les Chris- ti \* glo-ri- ó- se' is written, with 'I-' and 'les' underlined by a horizontal line. The page number '7155.' is also present.

N. sanctís-si-me. †Tu-o pi- o intervén-tu. ‡Culpas nos-

{1451}

Sancti Michaelis archangeli.

7155a.

tras áb- lu- e. *V.* Ut ce-  
lés-tis reg-ni se- dem va-le- á-mus scán-de-re. †Tu-o.  
*V.* Gló- ri- a Pa- tri et Fí-li- o : et Spi-rí- tu- i  
Sancto. †Culpas.

*Hymnus. Iste conféssor.* [792].

*V. Amávit eum [Dóminus].*<sup>422</sup> [800].

*Ant. Conféssor Dómini. [in communi.]*<sup>423</sup> [800].

*Ps. Magníficat.* 53\*.

*Oratio.*

**D**eus qui nobis per beátum Hierónymum confessórem sa-cerdotémque tuum scriptúre sancte veritátem, et mística sacraménta

reveláre dignátus es, concéde<sup>424</sup> quésumus : ut cujus natalícia cólimus, ejus semper et erudiámur doctrínis,<sup>425</sup> et méritis adjuvémur. Per Dóminum.

*Memoria fiat solennis de sancto Michael cum hac antiphona Míchael, Gábriel.*<sup>426</sup>  
{1454}.

*V. Laudáte [Deum<sup>427</sup> omnes ángeli ejus.*

*R. Laudáte eum omnes virtútes ejus.]*<sup>428</sup>

Sancti Michaelis archangeli.

*Oratio.*

**D**eus qui miro [órdine ange- lórum hominúmque dispénsas : concéde propícius, ut quibus tibi

ministrántibus in celo semper assístitur, ab hiis in terra viat nostra muniátor. Per.]<sup>429</sup>

**C** Ad completorium omnia fiant sicut in festo Sancte Trinitatis. [397].

*Ubi vero dedicata est ecclesia in honore sancti Michaelis fiant vespere de eo hac die hac modo.*

*Super psalmos ant. Dum preliarétur. [ut supra ad laudes.]*<sup>430</sup> {1443}.

*Psalmi feriales.*

*Capitulum. Significávit [Deus. ut supra in laudibus. {1445}].*

*Responsorium hoc modo.]*<sup>431</sup>

AS:555; 1520-S:133v; 1531-S:147v.<sup>432</sup>

Resp. I.

I-dé-lis ser-mo \* et omni accepti-óne

6733.

dig-nus Mí-cha-el archángelus qui pugnávit cum

di-á-bo-lo. †Grá-ti-a De-i il-le victor in ce-lis

éx-ti-tit. ‡Et il-le hos-tis anti-quus passus est

Sancti Michaelis archangeli.

6733a.

ru- í-nam mag- nam. *V.* Gaudent ánge-li et ex-úl-  
 tant archángel- li et col-láudant Christum re-gem virtú-  
 tes ce-ló- rum : qui- a qui se-du-cé-bat omnes gentes,  
 percéptus est a Micha- é-le archángel- lo. *†Grá- ti- a.*  
*V.* Gló-ri- a. 93\*. *‡Et il-le.*

*Hymnus. Tibi Christe. {142}.*

*V. Laudáte Dóminus omnes ángeli ejus. {1451}.*


AS:558; 1520-S:133v; 1531-S:148v.

3755. Ant. VIII.i.

Icha- el, \* Gábri- el, ché-ru-bin et séraphin qui non  
 ces-sant clamá-re quo-tí-di- e di-cén-tes, Dignus es Dómi-

Sancti Michaelis archangeli.

---



ne accí-pe-re gló-ri- am al-le-lú-ya. Ps. Magníficat. 69\*.

*Oratio. Deus qui miro. [ut supra.]<sup>433</sup> {1453}.*

*Deinde fiat solennis Memoria de sancto Hieronymo cum oratione ut supra. {1452}.*

# ¶ *Sancti Hieronymi presbyteri, confessoris et doctoris.*

(xxx. Septembris.)

*Festum inferius duplex.*

## *Ad matutinas.*

*Invitatorium.* Justus florébit. [*in communi.* [848].

*Ps. Veníte.]<sup>434</sup> I<sup>3\*</sup>.*

*Hymnus.* Iste conféssor. *in communi.* [792].

*Antiphone, psalmi, X. et R. de communi unius confessoris et pontificis.<sup>435</sup>* [791].

### *Lectio j.*

**N**ierónymus noster<sup>436</sup> in óppido Stridónis, quod a Gothis evérsum est, et Dalmátie quondam Pannoniéque confínium fuit : patre Eusébio natus est. Vestem Christi puer Rome suscépit : ibique líteris Grecis ac Latínis a primévo<sup>437</sup> eruditus est. In arto quidem grammática Donátum hábuit preceptórem : in rhetórica autem Victorínum oratórem. Post-

quam vero omne mundanárum stúdium litterárum adéptus est : probatissimórum quoque monachórum hábitum, factúmque imitátus est. Cupiditátem síquidem ánni jugi sinceritáte calcans, voluptatémque corporis perénni frangens jejúnio : plerósque virórum religiosórum melióres fore, suo dócuit institúto. Tu autem Dómine [miseré nostri].<sup>438</sup>

[R. Euge serve bone. *in communi.*]<sup>439</sup> [804].

### *Lectio secunda.*

**N**térea Hierónymus dum per triénnum contínum, carus acceptúsque a populáribus veneráretur, omniúmque judício dignus esse summo sacerdótio decemerétur : quidam ex clericórum monachio-

rúmque ordínibus pro petulántia, proque inglúvie discursántes, ad effugándum eum ab urbe co quod utrorúmque eórum scribens víta deprehénderat, insídias paravérunt. Verum ergo<sup>440</sup> felícem hujus fuge

evéntum corrigéntis tam Christi judício dispensátum, quam pravórum hóminum persecutióne parátum fore exístimo : scilicet, ut Romána ecclésia Petri institúta regímine, ómnium Véteris testaménti librórū Christo Deo volénte et Hierónymo speciáli stúdio desudánte, Hebráicam quoque hábeat veritátem, et Grecórum quorúndam lévitas qui Romános a se omnes Scriptúras divínitas inspirátas

accepísse sibi applaudébant eos habére quod non habent recognóscent.<sup>441</sup> Igitur beátus Hierónymus Roma egréssus ad oriéntem tendens : prófectus est ad Gregórium Nazan-zénūm Constantinopolitánas urbis epíscopum. Ubi ita proficere stúduit : ut sanctárum scripturárum stúdiis erudirétur, supplex docilísque discípulus. Hoc discipulátu perácto : in Sýriam perréxit.

*R. Justus germinábit. [in communi.]*<sup>442</sup> [692].

*Lectio tertia.*

**F**T dum in possessióne Evágrii presbýteri morarétur Malchum monáchum aliquándo captívum répperit. Percunctatúsque omnem ejus captivitátem, accépit hystóriam : quam póstea edídit scriptam et Románis fidélibus misit. Ad desérta deinde loca, ad que olim ob agéndam iníbi penitentiam properáre cupíerat, ita letus accinctúsque accéssit : ut volásse eum magis quam meásse créderes. Quadriénno ítaque dedicáte penitentie expléto, Hierónymus, assúmpta secum bibliothéca, quam sibi summo stúdio congésserat : Hierosólymam propter regnum celórum militatúrus advénit. Cumque aliquántis iníbi morándo peráctis

diébus cognovísset, quod non absque ánime damno váleret vívere, et presépi Domínico ut prudens ánimál vellet esse contíguus quod ab Hierosólymis sex miliáribus separátur contra meridiánam plagam : accédens ad ejúsdem urbis pontíficem Ciríllum nómine, pétiti vit in parróchia que Béthleem fúerat sita, locum sibi habitándi tribúeret. Cui nimírum mox quod devóte popóscit concéssum est : licéntia scilicet habitándi Béthleem. Ubi adventántibus viris cathólicis constrúxit monastérium, in quo sub státuta ab apostólis régula degens : cepit quod olim multum cupíerat cum frátribus habitáre. Tu autem.

*[R. Jurávit. in communi. [806]. Cetera omnia responsoria de communi hyst . . . per*

*ordinem unius confessoris et pontificis.]<sup>443</sup>*

*Lectio quarta.*

**H**igitur cum Béthleem habitáret Hierónymus, non ínterim fuísse ociósus credéndus est : qui tantum nobis in translatióne divíne préstitit scriptúre, ut ad Hebreórum fontem pene non egeámus accédere, ádeo nos facúndite sue multa cognóscitur ubertáte satiásse. Líttoris namque Grecis ac Latínis atque Hebráicis sufficiénter edóctus : omnes Véteris testaménti libros, ex Hebréo in Latínum convértilt. Daniélem quoque Chaldáico stilo locútum, et Job

justum Arábico : in Románam [149r.] linguam perfécta interpretatióne mutávit. Evangélium nichilóminus Mathéi ex Hebréo fecit esse Románum. Hic tanta utriúsque lingue fungebátur perítia ut quoscúnque Grecórum libros in mánibus accíperet in Latíno, sine offensióne transcurreret : iterúmque Latínos Greco sermóne relegéret, ut créderes hoc esse scriptum, quod os ejus inoffénsa velocitáte fundébat.

*Lectio v.*

**H**unquam<sup>444</sup> Hierónymus heréticis pepércit : sed omni egit stúdio ut hostes ecclésie sui quoque fierent. Inde est quod contra Celsum, Porphírium et Juliánū Augústum, rábidos advérsus Christum<sup>445</sup> canes, et contra ecclésie insectatóres, vel contra eos qui putant ecclésiam nulos philósophos et eloquéntes habuísse doctóres, magno sudávit ingénio : ut sciant quanti et quales viri eam fundáverint, extrúxerint, adornáverint, et désinant fidem nostram rústice simplicitatis argúere, suámque pótius imperítiam incípiant recognoscere. Contra Helvídium, contráque Pelá-

gium et advérsus Joviniánū evidentíssima volúmina, catholicáque correctiōne roboráta : et magno scripta acúmine édedit. Plerásque heremitárum patrúmque vitas insígnium : veracíssimo hystoriáliter téxuit elóquio.<sup>446</sup> Vere díixerim cathólicam hóminis istíus sciéntiam sanam doctrinam. Quocúnque conversátus est loco : stábilis pérstitit fidei firmitáte. Undecúnque interrogátus fuíset : parátum habébat, et cómpetens sine aliqua dilatióne respónsum. In scriptis suis modo humílibus suáviter blánditur, modo superbórum colla confríngit, modo

virginitátem prédicat, modo deroga-tóribus suis vicem necessária morda-citáte restítuit : modo matrimónia casta deféndit, modo virtútum cer-

támina gloriósa colláudat, modo lapsus in cléricis atque monáchis pravitátis accúsat.

*Lectio vj.*

**T**andem Hierónymus librórū abundántia fultus, dictis suis Spíritu Sancto dedicátis : immóbilem cathólice turrim ecclésie contra perfidórum jácula consummávit. Tandem<sup>447</sup> dénique lassitúdine fatigátus est, ut étiam in stratu suo jacens, funículo trabe suspénso supinúsque máníbus apprehénso eri-gerétur : ut scílicet officium monás-ticum prout póterat exhíberet. Qualis quantúsve vir iste fúerit, sólius sancti Augustíni testimónio qui volérerit plénius cognoscere valet. Nam in libro primo quem contra errórem Juliáni Manichéi descrípserat, dum plúrimos contra ejus pestíferum dog-ma cathólicos introduxísset testes : ita íntulit dicens, Nec sanctum Hierónymum contemnéndum esse arbítraris, qui Greco et Latíno ínsuper

et Hébreo erúditus elóquio, ex occidentáli ad orientálem tránsiens ecclésiam, in locis sanctis atque in lítteris sacris usque ad decrépitam vixit etátem : cujus nobis elóquium ab oriénte in occidéntem ad instar solis resplénduit. Hec Augustínus de Hierónymo. Impossíble est omníno et longum de isto viro ejúsque distrícta<sup>448</sup> vita et móribus retéxere cuncta. Dormívit autem beátus Hierónymus et requiévit in Dómino : anno etátis sue octogésimo octávo,<sup>449</sup> impérii vero Theodósii minórís<sup>450</sup> anno duodécimo, depósitus est prídie kaléndas Octóbris in ipso spelúnce ingréssu, infra quam Dóminus de Vírgine nasci dignátus est et reclinári in presépio, ubi saxum sculpéndo monuméntum sibi fieri jussit.

[*Tres ultime lectiones de expositione*]<sup>451</sup> *Evangelium.* Vos estis sal terre. *ut supra in festo sancti Ambrosii episcopi et confessoris atque doctoris.*<sup>452</sup> {442}.

*Ante laudes.*

*V.* Ora pro nobis beáte Hierónyme.

*[R.]* Ut digni efficiámur promissiónibus Christi].<sup>453</sup>

### ¶ In laudibus.

*Ant.* Justum dedúxit. *Minor.* [in communi.]<sup>454</sup> [850].

*Ps.* Dóminus regnávit. (xcij.) [45]. *Et alie antiphone que sequuntur cum suis psalmis.*

*Capitulum.* Dedit Dóminus. *Quere in festo sancti Augustini..*<sup>455</sup> {1451}.

*Hymnus et cetera omnia de communi unius confessoris et pontificis cum capitulis ad horas de communi unius confessoris et doctoris et cum oratione Deus qui nobis. ut supra.* {1452}.

### ¶ Ad j.

*Ant.* Justum dedúxit. [in communi.]<sup>456</sup> [850].

*Ps.* Deus in nómine tuo. (lij.) [95].

*Ant.* Grátias tibi. [99].

*Ps.* Quicúnque [vult].<sup>457</sup> [100].

¶ *Ad iij. et ad alias horas omnia de communi ut supradictum est cum oratione predicta.*

### ¶ Ad ij. vespertas.

*Ant.* Justum dedúxit. [850].

*Psalmi feriales.*

*Capitulum.* Dedit Dóminus [confessiónem].<sup>458</sup> {1451}.

*R.* Sancte N. Christi.<sup>459</sup> [in communi.]<sup>460</sup> [811].

*Hymnus.* Jesu Redémptor. [in communi.]<sup>461</sup> [822].

*V.* Justus germinábit. [829].

*Ant.* Iste est qui ante Deum. [in communi.]<sup>462</sup> [833].

*Ps.* Magníficat. 69\*.

*Oratio* [Deus qui nobis.]<sup>463</sup> *ut supra.* {1452}.

*Memoria fiat de sancto Remigio sociisque ejus episcopis et confessoribus cum ant.*

Fulgébunt justi. [857]. *V.* Letámini. [195]. *cum hac oratione.*

[Orémus.]<sup>464</sup>

Xáudi quésumus Dómine  
pópulum tuum cum sanctórum  
confessórum tuórum Remígii, Ger-

máni, Vedásti, et Bavónis episco-  
pórum tibi patrocínio supplicántem :  
ut et<sup>465</sup> temporális vite nos tríbuas

Sancti Hieronymi presbyteri confessoris et doctoris.

---

pace gaudére, et éterne reperire | subsídium. Per Christum.

*Memoria fiat etiam de sancto Meloro martyre cum X. antiphona et oratione de  
communi unius martyris. [687].*

## Notes.

---

Notes, pages {1266}-{1461}.

<sup>1</sup> 'et contínuam fac ecclésiam tuam', 1520-S:104r.

<sup>2</sup> 'ut intercedénte beáto Prisco mártyre tuo', 1520-S:104r.

<sup>3</sup> 'Beátus', 1520-S:104v.

<sup>4</sup> SB-S:760.

<sup>5</sup> 1520-S:104v.

<sup>6</sup> 1520-S:104v.

<sup>7</sup> SB:763. has 'Nemausensem' with the note: 'nemansensem' *Chevallon.* 'neumasensem' *Leg.* 1518.

<sup>8</sup> 'castigate mediocritatia' *Chevallon. cum Leg.* 1518. 'castigateque mediocritatis' *Leg. Job. MS.* [SB:764.]

<sup>9</sup> 'nisi facte fuerunt' *Leg.* 1518. [SB:765.] 'nisi facte fuerint', 1520-S :104v.

<sup>10</sup> 1520-S:104v.

<sup>11</sup> 'et tunc fiant medie lectiones de sancto Bertino abate.' *Leg.* 1518. [SB :766.]

<sup>12</sup> 1520-S:104v.

<sup>13</sup> 'audioeni' *Port.* 1519, 1557. [SB:765.]

<sup>14</sup> 'Largitor igitur . . . et' *Leg.* 1518. [SB:765.]

<sup>15</sup> 'vualbertus' *Leg.* 1518. [SB:766.]

<sup>16</sup> SB-S:766.

<sup>17</sup> 'cognitum' *Legenda Job. MS. cum Leg.* 1518. [SB:768]

<sup>18</sup> 'perspicerent' *Legenda Job. MS.* [SB:768]

<sup>19</sup> SB-S:768.

<sup>20</sup> 'cutberti' *Chevallon.* Mox legendum videtur *Rexponsoriis* in plurali immero. [SB:768]

<sup>21</sup> 1520-S:104v.

<sup>22</sup> 1520-S:104v.

<sup>23</sup> 1520-S:104v.

